



accidit. **T**amq̄ aut̄ sensibilis & intelligibiles eē. ut dicitur. in. forme quiesce. & in  
elligibiles esse. huius qui ponit formas = aut̄ aut̄ sunt in nob̄ impossibile ob  
inhibiles eē. ut dicitur. in. ut dicitur. in. ut dicitur. in. ut dicitur. in. ut dicitur. in.  
tam aut̄ aut̄ & sensibilis & intelligibiles eē. ut dicitur. in. ut dicitur. in. ut dicitur. in. ut dicitur. in.  
si dicitur. in. ut dicitur. in. ut dicitur. in. ut dicitur. in. ut dicitur. in. ut dicitur. in.





**Enchiridi**

**ON ERASMI ROTE  
RODAMI GERMANI DE  
Milite Christiano, in q̄ taxo  
atis vulgi superstitiōibus,  
ad prisce religiōis puritatem,  
veteris eloquentiæ lituo nos  
prouocat ;**

**¶ Epistola eiusdem ad Ioan  
nem Coletū Theologū,**

**M. D. XXI.**

**Lipsig, ex ædibus Valentini Schumanni.**

3,  
Handwritten notes and scribbles in the right margin, including a large 'X' and some illegible characters.





I N D E X.

Aaron orationis typum gerit	Folium.v.
Abraham mystice, in senectute rationis typum gerit	xiiij.
Abusus bonorum temporalium,	xxxix.
Abyfachi mystica. I	i & xiiij.
Adrausti numen. xvij	xxxij.
Aganothetes. ij.	lij.
Amor verus quid	xxxv.
Animæ mors quibus signis deprehendit, & quæ periculosa sit	ij.
Anima iuxta Platonem duplex.	xi.
Angelus spectator operum nostrorum	xlix.
Animi motus possunt ratione compesci.	xij.
Animam bonam seu malam sortit <sup>9</sup> qualiter se hñe debet	xij.
Animus hominis quæ difficile domatur.	xiiij.
Anima mediū quoddam est inter corpus et spiritū	xv.
Animæ cum corpore differentia practica.	xvi.
Aqua scripturæ diuinæ typum gerit	v.
Aqua de petra mystice	v. & xxxij.
Aqua in vinū mystice. xxv	xxvi.
Aqua benedicta.	xlij.
Ars virtutis & boni viuendi, xvij	li.
Aranearū cōparatio	xlv.
Arma militis Christiani. liij. & vij.	xxxiiij.
Auaritiæ remedia.	xxx.
Auctariū quotidie bonis operibus adijciendū.	
Aulicæ vitæ incōmoda. xix.	
Augustini laus.	
Augustinus monachos non instituit	
Aurum sapientiam significat	
<b>B</b>	
Babylon fugienda	xviij.
Baptismus non facit Christianum	xxvi.
Bellū christiani militis. n̄ a fortūa, sed a deo pēdet	ij.
Bohemorū error vnde proueniat	xxiiij.
Boni & mali mercedem suam hic etiam recipiunt	xlviij.
Boni & mali suos dños habent, sed inæquales	xlviij.
<b>C</b>	
Charitas vera a falsa qualiter distinguitur. xxx.	
Caro præcipuum hominis malum	Caro vxor .i.
Carnē legis qualiter Christus contempsit pre spū.	xviij.
Carnis vocabulum qualiter in scriptura accipit	xxv.
Carnis opera qualia sint.	xxviij.
Carnis rebellio vnde sit orta.	xxviij. & xxix
Crates aurum in mare proiecit.	x.
Catonis locus vulgo non sane intellectus.	xxi.
Cecitas præcipuum hominis malum.	xxxi.
Cœlum quid mystice.	xviij.
Ceremoniæ ecclesiæ corpales quaten <sup>9</sup> obseruādæ.	xxviij.
Ceremonijs nimis confidentes quantum aberrant	xxviij. et. xxxi.
Ceremoniæ confutantur, nisi eis recte vtamur.	xxviij.
Ceremoniæ supersticiosæ	xxx.
Ceremoniæ non faciunt religiosum	xxviij.
	xxix.



I N D E X,

Celebrare quotidie.	xxv.
Charitas veteris & noui testamenti maximū praeceptū.	xxix.
Crassus auaritiæ notatus.	xlij.
Christianorum duplex perfidia.	ij.
Christianorum nemo alienus est alteri.	xxxvij. & xxxvij.
Christianorum omnia debent esse communia	xxxvij.
Christian⁹ debet Christi imaginē in morib⁹ represātare	xxvij.
Christiani veri qualiter contempnuntur.	xxxiiij.
Christianorum pusillus numerus est.	xxx. ij.
Christus etiam Christianis ipsis contemptui est.	xl.
Christus ad se appropinquanti vltro fit obuiam.	xxx.
Christianism⁹ nō tam in ceremonijs q̄ charitate pximi sita est.	xxxi.
Christianismi decretum.	xxxix.
Christianis sola voluntas deest bene agendi.	xij.
Christianis vt nihil fortius ita nihil imbecillius	xij.
Christianorum communis professio,	xix.
Christi vita omnibus collata praestantior est.	xix.
Christus scopus noster ad quē omnia referenda sunt,	xx.
Christus qualiter honorandus.	xxvi. Corporis conditio. xv.
Confutatio argumentorum mūdi contra pie viuētes	xx.
Correctio debet esse lenis.	xlij.
Correctio nimis exasperans duo mala operatur, ibidem.	
Conscientiæ vermis.	xlvij.
Consperso viuere quid sit.	vi.
Corpus Christi nec Mariæ sine spū nihil prodest.	xxv. & xxvi.
Corporis Christi præsētia non saluat	xxvij.
Cruce christi qualiter imitanda.	xxij.
Cruce christi qualiter reuerenda.	xxvi.
Crucis misterium, virtus & efficacia.	xxij. & xlvi.
Crucis fructus. xlvj. Cupido duplex	xlix.

D

Damnum Christianorum vnicum.	xxxv.
Dauid contra Goliath praelium & arma mystice	vij.
Diabolus semel fortiter repulsus non reuertitur.	xlv.
Diris deuouere.	ij.
Diuitias gentiles magis contempserunt q̄ Christiani.	xxx. & xxxiiij.
Diuitiæ veræ. xxxv. Diuitijs qualiter vtendū	.li.
Diuitiæ inter bona postremum locum obtinent.	.li.

E

Egyptus mystica,	.i.
Egyptus relinquēda sic vt reuertamur ad ollas carniū.	xvij.
Esaia locus. xxxij. Eua mystica. i. &	liij.
Ethnici qualiter legendi. vi. Excusatio in peccatis,	xlij.
Excusatio antiquorum patrum & quorundam lapsorū.	xlij.

F

Feriae celebrandę bello coniectę.	.i.
Fides sine moribus inutilis.	xxxiiij.

A ij



I N D E X.

Fides vere non patitur hominem esse malum,	xviij.
Fomes ad quid relictus, xvij.	Fortitudo vera, xxvi.
Flere irridendos & irridere flendos.	xxxvij.
<b>G</b>	
Gallus cur Aesculapio votiuus,	xxij.
Gratia dei luti comparatur,	xxliij.
Gratia dei sola homini non sufficit	liij.
Gentilium litera quatenus legenda.	vi. & xxi.
Gentiles quali er deum adorauerunt,	xxxi.
Gentilium virtus ac probitas	xliij.
Gesta antiquorū Regum ac ducum quatenus imitanda	xli.
Gloria vera & falsa quae,	xxxvi.
<b>H</b>	
Hominis descriptio,	x.
Hominis dignitas,	xlvij.
Honor huius saeculi falsus,	liij.
Herculi decimae votuæ,	xxij.
Hesiodi cumulus,	xlv.
<b>I</b>	
Iacob & Esau odium mysticum,	xiiij.
Iacob luctamen cum angelo,	xv.
Iacob quando sit Israel,	xv.
Ieiunium quomodo deo placeat,	xxx.
Indulgentiæ quomodo profint,	xxxij.
Infirmitas præcipuum hominis malum,	xvij.
Inimici qualiter diligendi,	xxxix.
Iniuriam pati q̄ facere Christiano præstat,	xxxix.
Iniuriam leniter ferre quod docet,	liij.
Iniuria an propulsanda,	liij.
Insignia Christianorum, xxxv.	xxxv.
Ira brevis insania,	vi.
Iracundiæ remedia,	liij.
Iraisci qualiter liceat	vi.
Ira scibilis potentiæ sedes,	xi.
Isaac cum Hismaele cōclusio	xliij.
Israel videns deum,	xv.
<b>L</b>	
Laboris difficultas qualiter lenienda,	xlv.
Lapsus q̄ citissime reuertendum,	xlvi.
Legis errorem qualiter Christus contempsit præ spiritu	xxv.
Lex duplex,	xxviij.
Leditur nemo nisi a seipso,	xxvi.
Libidinis remedia,	xlvij.
Litera ex simplici sensu & mysterio tanq̄ ex corpe & ania cōstat,	xliij.
Lucrum Christianorum,	xxv.
Ludus Christianis prohibitus,	xxi.
Literas bonas ignorare quidā fatui summā religionē e. istimāt,	lvij.



I N D E X,

M

Magistratus qualiter debet esse depositus.	xl.
Magistratu indignus est qui libenter gerit eum.	xl.
Mala tria hominis præcipua.	lvij.
Manna typum gerit sacræ scripturæ.	v.
Manna, id est quid est hoc.	v.
Meretric.	lv.
Mercator verus pecuniam in loco negligit.	lxxvij.
Membrorum varia officia.	lxxvij.
Membra infirmiora necessaria sunt.	lxxvij.
Membrū Christi nō est qui nō sequit vestigia Christi	liij.
Missæ qualiter audiendæ.	xxvi.
Missam non quotidie sed debite legens meretur	xxv.
Miles Christianus p̄tim diuinæ gratiæ p̄tim p̄pria virtuti in̄iti debet.	liij.
Militis Christiani idem spectator qui & n̄erator	ij.
Moses Christi typum gerit.	i.
Moses scientiæ typum habet.	v.
Monachi fastigiū religionis in solis ceremonijs ponunt	xxx.
Monachorum vita q̄ sit corrupta.	xxx.
Monachi vocabulum laicis probrosum.	xl.
Monachus non est pietas nec facile suadendus	lv. & lvi.
Mors animæ quanto grauior corporis interitu	ij.
Mori peccato paucissimis cognitum.	lx.
Mortis meditatio.	xxij.
Mortem quid faciliorem.	xxij.
Mors nostri sæculi omnium corruptissimi	xxij.
Mundus quid.	lx. et meli⁹ xl.
Mundus prestigiator	i.
Mundus tripliciter nos fallit.	i.
Mundi tres	xxij.
Mundana qualiter ad cœlestia referenda.	xxij.

N

Naturæ circa animos solers compensatio.	xxij.
Neptuno cur thaurus sacrificabatur.	xxij.
Nequicquam sapit qui sibi nil sapit.	lxxvij.
Nobilitas vera.	lxxvij.
Nouitatum studiosi.	lxxvij.

O

Observantia ceremoniarum carnalium non facit hominem sp̄ualē.	lxxvij.
Odiū Iacob & Esau.	liij.
Odiū hominum & contrarietas ex nihili rebus	lxxvij.
Oratio quorundam cur non audiatur.	xxij.
Oratio qualis esse debet.	v.
Orandi modus.	v.
Orandi abusus.	vi. & xij.
Orandum quid sit	xxij.

A ij



I N D E X.

Oratio non intellecta quid prosit.	vñ.
Origenica similitudo.	vñ.
Origenis diuissio circa hominem	xv.
Ornatus regius.	xi.
Opera etiam bona qua cautela dijudicanda.	xvi.
Opera corporis qualiter ad animam referenda.	xxij.
Opera singula qualiter ad Christum referenda.	xxij.
Operum bonorum vanitas, nisi recte fiant	xxxj.
Opera omnia ex carne constant ac spiritu.	xxxij.
Obrectatores non audiendi	xxxix.
Optima ab initio præponenda	xlij.
Opus omne ex carne constat & spiritu	xxxij.
P	
Panoplia quid.	vij.
Pacis commendatio.	vñj.
Pax falsa,	ij. & xij.
Panes ordeos frangere	xxxij.
Platonis de turpi & honesto sententia	xxij.
Platonis philosophia Christianis magis quadrat.	vi.
Pandore pixis.	xxi.
Paulus legum consultus	xxxix.
Paulus semper in manu habendus	lvij.
Pauli cum philosophis concordantia	xij.
Pauli stimulus ad quid nobis prodest.	xiiij.
Pauli & Platonis concordantia	lij.
Peccata vnde eueniant	xxxiiij.
Peccati utilitas	xlij.
Peccatum causa leuior magis aggrauat.	xxix.
Peccata quamobrem maxime vitanda	xlj.
Pecunia qualiter vtenda.	xxi.
Pecunia q̄ despecta olim fuit	xxxiiij.
Pœne in terorum apud poetas quid significant	xx.
Prædicatorum stultitia & hypocrisis	xxvij.
Peregrinari.	xxvi.
Philautia quam nocua.	xxvij.
Principatus qualiter gerendus.	xl. & xli.
Principes qualiter se regēt ac quid animaduertere debēt	xl.
Philosophia quomodo mortis meditatio.	xij.
Philosophi sectas suas fortius tuentur q̄ Christiani	xxxvij.
Platonici imitandi:	vi.
Pœtæ non sunt aspernendi.	eodem.
Pœtæ deorū siguli.	xxxvi.
Promethe⁹ hoīe finit singulorū animalū partē addidit.	x.
Protheus sensualitatis typum gerit.	xiiij.
Pronunciatio maximam vim habet.	xxxij.
Prosperis rebus non esse confidendum	xliij.
Prudentia vera & falsa.	xxxvi.
Pueri centum annorum	xxix.



I N D E X.

Pueri Christianorum qualiter statim instituendi,	xxxiiij.
<b>R</b>	
Rationis sedes.	xi.
Religio quibus et causis quotidie deficiat,	vij.
Religionis habitus qualiter proficit.	xxvi.
Religionis habitum induere in morte	eodem.
Reliquiæ sanctorum quatenus venerandæ.	eodem.
Reliquiæ veræ quæ sint.	eodem.
Reliquias crucis aut alias secti portare quid valeat.	eodem.
Regū & Principum proprietates & officium	xi. & meli⁹ xl.
Regum vna gloria si Christi vestigia sequantur,	xli.
Reipu. cum homine pulchra comparatio.	xi.
Rerum triplex differentia.	xxi.
Respublica qualiter constitui debet.	x.
Regum & Ducū antiquorum gesta quaten⁹ imitanda	xli.
<b>S</b>	
Sacerdotis vocabulū quomodo laici cōtemptui hñt.	xl.
Sancti qualiter vere colēdi.	xxvi.
Sapientiæ Christi & mundanæ differentia.	ix.
Sapientia huius mundi q̄p̄ stulta sit.	eodem.
Sapientia mundi vniuersi mali mater.	eodem.
Sapientia Christi quomodo comparatur.	eodem.
Sapientia carnis qualiter intelligenda.	xxviiij.
Sapientiæ gradus.	xij.
Sapientiæ captus seipsum nosse.	x.
Sapientiā aliter Stoici, aliter Peripathetici diffiniūt.	xij.
Sapientia quæ sibi non sapit frustra est	xxxviiij.
Sacrarum literarum laudes.	v.
Sacra mystice caro dominica.	xliij.
Sepulchra dealbata. iij. Specus Platonicus.	xxxliij.
Sensus pedagogi ad virtutem.	xi.
Simonía in vitroq; foro qualiter committitur.	xl.
Scripturæ sacræ firmiter oportet credi.	xviiij.
Scripturæ sacræ studium q̄p̄ sit necessarium.	v.
Scientia primum locum tenet inter media.	xxi.
Scriptura sacra ab impuris tractari non debet.	ri.
Soma & simia quid.	iij.
Solertia vera,	xxxviiij.
Spiritus est qui viuificat.	xxv.
Spiritus natura.	xv.
Spū deus orādus est, canone quinto p̄ totum.	fol. xliij. & sequentibus
Stationarij & mendicantes taxantur,	xxij.
Stoicorum & Peripateticorum differentia.	riij.
Stultitia Stoicis, a Christianis malicia dicitur.	viiij.
Superbiæ remedia.	liij.
Superstitio in colendis sanctis.	xxij. & xxv.

**T**





I N D E X.

Theologi qui potissimum ad bonam mentem cōducant.	vi.
Theologi veteres quantum neotericis præstant.	vii, & xv.
Theologiæ studium cur hodie contemnitur.	xv.
Theologiæ qualiter erponenda	xiiiij.
Theologorum modernorum adultera doctrina,	eodem.
Theologorum ac religiosorum laus egregia	xxvij.
Tentatus ac orationem confugiat.	v.
Tentatio frequens qualiter sustinenda.	xliij.
Tentatio siue tentator qualiter repellendus.	eodem.
Tentationi imminente quid cogitandum.	xlviij.
Terra quid mystice.	xxviij.
Titulorum magnorum vanitas,	li.
V	
Vana gloria hydræ comparatur,	xliij.
Veneres & Cupidines duæ Platonice.	xliv.
Vita vera ad beatitudinem nosse seipsum	xij.
Vitiorum variæ species & differentie.	eodem.
Vitia aiquam cum virtutibus a natura compensatur	eodem.
Vitia qualiter ad virtutem flectenda,	eodem.
Vitia odienda sunt in homines	xxviij.
Vitia etiam leuissima non sunt contemnenda	lv.
Vitijs suis quisque libenter ignoscit	eodem.
Victoria parta maius periculum imminet	liij.
Vim vi depellere an liceat Christiano	xxix.
Vigilandum qualiter nobis sit	i.
Virtus ardua in principio.	xij.
Virtus quomodo a Socrate diffinitur.	xxiij.
Vita Christiana non tam in ceremonijs quam in charitate sita est	xxi.
Vitæ breuitas	xliv.
Vnum qualiter omnes sumus in domino.	xxviij.
Voluptas vera	xxv.
Vulgus pessimus iudex.	xxxiij.
Vulgus qui dicantur	eodem.
Vulgus Christianorum pessimum.	eodem.
Z	
Zelotypus est deus animarum amator	xviij.
Zodomam relinquens non debet retrospicere	Fol. lviij.





FOLIVM. I.  
ENCHIRIDION MILITIS CHRISTIANI.

ERASMVS CANONICVS ORDINIS  
SANCTI AVGVSTINI AVLICO  
CVIDAM AMICO S. D.



Flagitasti non mediocri studio, frater in domino dilectissime, ut tibi cōpendiariā quandam viuendi rationē pręscriberem, qua instructus posses ad mentem Christo dignam peruenire, Ais enim te iam pridem aulicę vitę pertesum, hoc tecum agitare quo pacto queas Aegyptum vna cum suis & vitijs & delitijs effugere, ac

Moses ty-  
puz gerit  
Christi.

Aegyptus  
vitę scele-  
rate.

Mose duce, ad virtutum iter foeliciter accingi. Quo mihi charior es, hoc impensius gratulor tuo iam salutarı proposito, quod spero, vel citra nostram operam fortunabit prouehetque ipse, qui dignatus est excitare. Ego tamen nimisq; libens parui vel huiusmodi tam amico, vel tam pia postulanti. Tu modo annitere, ne vel ipse nostrum officium sine causa videare flagitasse, vel ego sine fructu tuę morem gessisse voluntati. Immo votis communibus benignum illum Iesu spiritum imploremus, ut & mihi scribenti suggerat salutaria, & tibi ea reddat efficacitā.

¶ Vigilandum esse in via.

Principio etiam atq; etiā memineris oporteat, nil aliud esse vitā mortalium, nisi ppetuā quandā militiā, teste Iob milite lōge tñ exercitatissimo, tum inuictissimo, nimisq; falli vulgus hominū, quorum animos mūdus hic pręstigiator, blandissimis ludibrijs tenet occupatos, qui perinde ac si iam debellatū sit, intēpestiuas agunt ferias, neq; prorsus aliter, q̄ in certissima pace, mirum quam viuant sęcuritate, quanc; ociosi in vtrāq; dormiāt aurē, quum sine fine tot ferratis viciorū copijs oppugnemur, tot appetamur insidijs. Ecce tibi superne in tuum exitiū peruigiles excubāt nequissimi demōes, mille dolis, mille nocendi artibus, in nos armati qui mētes n̄as telis igniferis lethalic; tinctis veneno moliūtur e sublimi cōfigere, quib; quidē

Mundus  
p̄stigator  
Ferie cele-  
brāde bel-  
lo p̄fecto  
De hercu-  
lis sagittę  
lege ap̄t  
Bocatiū

B

Iob.  
viij.



De cepha  
lo apud  
Ouidium  
vij. meta.

Mundus  
tripliciter  
nos fallit.

Caro vtr  
or.  
Acua.

Adam.

De adol  
nide.  
Ouidi  
Meta.

neq; Herculi neq; Cephalo fuit vllum iaculum certius, nisi im-  
penetrabili fidei scuto excipiantur. Tum rursus a dextera leuacq; i. Ioã.  
a fronte pariter atq; a tergo, mundus hic nos oppugnat, q; iuxta v.  
Joannis vocem, totus in vitijs est constitus, eoq; Christo. tum  
infestus, tum etiam inuisus. Neq; vero simplex oppugnandi ra-  
tio. Interim enim rebus aduersis, velut aperto Marte sæuiens  
animi moenia graui quatit ariete, interim ingentibus quidē, sed  
vanissimis pmissis, ad pditionem sollicitat, interim actis oblique  
cuniculis, inexpectatus adrepat, vt inter oscitantes, ac securos  
opprimat. Postremo inferne quoq; lubricus ille anguis, pri-  
mus pacis nostræ proditor, nunc in virenti gramine concolor  
abditos, nunc in cauernis illis suis delitescens, centenis contor-  
tus voluminibus non desinit, mulieris nostræ, semel corruptæ  
calcanis insidiari. Mulierē aut carnalem hominis partem intel-  
lige. Hæc est enim Aeuā nostra, per quā versutissimus serpens  
ad mortiferas voluptates mentem nostrā illectat. Porro autem  
quasi parum sit, sic vndiq; tantum hostium imminere, intus de-  
niq; in ipsis animi penetralibus, hostem ferimus plusq; familia-  
rem plusq; domesticū, quo vt nihil interius, ita nihil potest esse  
periculosius. Hic hic est vetus ille & terrenus Adam consuetu-  
dine plusquā ciuis, studio plusq; hostis: quem neq; arcere vallo  
licet: neq; castris exigere fas est. Hic nobis centenis est obser-  
uandus oculis: ne forte dei præsidium aperiat dæmonibus. Ergo  
quā tam formidabili: tamq; difficili bello distringamur omnes:  
quumq; nobis res sit cū hostibus tam multis, tam in nostram p-  
nitentem iuratis atq; deuotis: tam vigilantibus, tam armatis, tam  
perfidis, tam exercitatis, nos male sani cōtra non arma capim⁹  
nō excubias agimus: nō omnia suspecta habem⁹: sed pinde, vt in  
rebus bene pacatis supini stertimus, cessam⁹, volutamur, atq; cu-  
ticolā (vt aiūt) curamus ociosi. Neq; oino secus, q; si vita nostra  
græca sit cōpotatio, nō bellū, ita pro castris & pellibus, in cubi-  
libus volutamur, pro scutis & armis, rosas & Eldonidis delicijs  
redimimur, pro militaribus studijs, luxu & ocio indulgemus:  
Pro martijs telis, citharam imbellem tractemus. Quasi vero nō  
ista pax: bellum sit omnium terribimū. Etenim qui cū vitijs pa-



cem inijt, cum deo in baptisate p̄cussum foedus violauit. Et tu  
 vesane clamas pax pax, quū deum habeas inimicum, qui sol⁹ &  
 pax est, & pacis, author. Clareq; reclamatur ipse per os prophete,  
 non est inquit pax impijs Neq; enī prorsus alia est cū illo pacis  
 conditio: nisi dum in hoc praesidio corporis militamus, adeo ca  
 pitali summaq; vi, cū vitijs belligeremus. Alioqui si cum ijs nos  
 bis conueniet, eū qui solus pōt amicus beare, inimicus pdere, bis  
 hostē sumus habituri, simul, qd' ab illis stam⁹, cū quib⁹ solis nihil  
 conuenit deo (quid em̄ cōueniat luci cum tenebris) simul qd' in  
 gratissimi pactam illi fidē non prestam⁹ & sanctissimis ceremo  
 nijs iētum foedus nepharie soluimus. An nescis o Christiane mi  
 les, iam tum quum viuifici lauacri mysterijs initiaberis, nomē  
 dedisse te duci Christo, cui bis vitam debebas, pariter & dona  
 tam & restitutam, cui plusquā te ipsum debebas? Nō succurrit  
 te verbis conceptis, in tam benigni impatoris iurasse sententiam  
 eius sacramentis veluti donarijs auctoratum, tuumq; ipsius diris  
 deuouisse caput, si minus pacto stares? Quo sum atinebat  
 crucis characterem imprimi fronti tuae, nisi ut quoad viueres:  
 sub illius signis militares. Quorsum ptinebat sacro illius perun  
 gi ceromate, nisi ut cum vicijs eternum luctamē ingredereris?  
 Quantus pudor, quanta pene publica humani generis execra  
 tio, quum a duce principe deficit hō? Tu quur ludibrio habes  
 Christum ducem tuum? neq; metu illius coercitus quū sit deus,  
 neq; amore prohibitus, quū tua causa sit hō? Cuius etiam voca  
 bulū pre te ferens, admoneri debebas, quid illi pmiseris. Quur  
 ad hostem: vnde te semel precio sanguinis sui redemit, perfidus  
 desciscis? Cur bis trāsfuga in hostilibus castris meres? Quasron  
 te audes contra tuum regem signa infesta tollere qui pro te vitā  
 impendit? Nā qui pro illo nō stat, vt dixit ipse, cōtra illū stat, &  
 qui cū illo non colligit, dispergit: Meres aut nō solū foedo titulo  
 sed etiam infelicissimo stipendio. Vis audire stipēdiū tuū tu qd'  
 quis mūdo militas? En tibi Paulus Christianae militiae signifer  
 Ad ro responder. Stipendiū inquit peccati mors, Quis vel specios  
 ma, vi sam militiā suscipiat, si mors proposita sit corporis? Tu vero tā  
 foedam toleras, animę mortem, mercedis loco reportaturus?  
 B ij

Par falsa  
 cum hoc  
 mundo.

Authora  
 tū hoc est  
 obligatū.  
 Diris des  
 uouere.  
 In baptis  
 mo votū  
 Cruc vna  
 ctio. Ces  
 ra prop  
 rie estolet  
 um cū lus  
 to seu ter  
 ra, hic ca  
 pit, p chris  
 mate.  
 Christian  
 norū du  
 pler perit  
 dia.

Esa.  
 lvij.

Luce,  
 ij.

Ad ro  
 ma, vi



in bellis istis infamis, quæ cum hominibus, hoïes, vel ferina rabie  
 vel certe misera necessitate gerunt, nōne vides si qñ militū anīos  
 vel prædæ promissæ magnitudo, vel formidata victoris crudelitas,  
 vel opprobriatæ pudor ignauitæ, vel laudū deniq; cupido  
 stimulauit, q̄ alacribus studijs, quicquid est laboris exhauriāt,  
 q̄ vilē habeant vitā, quanto ardore certatim in hostem aduer-  
 sum rapiantur? Et quantula quæso te merces miseris tanto dis-  
 crimine, tantoq; studio petitur? nempe vt ab homunculo im-  
 peratore collaudati militari fremiū, castrensiq; atq; incondita  
 cantiuncula celebrantur, vt corolla graminea, aut quernis frōs  
 dibus cingantur, vt peculij plusculum domum referāt. Nos cō-  
 tra neq; pudore, neq; præmio accendimur, quum eundē habeas-  
 mus nostri certaminis spectatōrē, quem habituri sumus & res-  
 muneratorem. Quæ vero victori præmia p̄posuit noster Algo-  
 nothetes? Profecto non tripodas, aut mulos, qualia apud Ho-  
 merum Achilles, apud Maronem Aeneas, sed quæ neq; oculis  
 vidit, neq; auris audiuit, neq; cor hominis ascēderunt, & quidē  
 interim veluti laborū solatia impartit adhuc dimicātibus. Quid  
 deinde? fœlicem immortalitatem. Sed in ludicris illis certamini-  
 bus, in quibus potissima præmij pars gloria est, & victi sua mu-  
 nera sortiuntur, Nobis summo atq; ancipiti periculo res geritur  
 neq; de laude, sed de capite certatur. Et vt summa merces pro-  
 posita gnauiter operam nauanti, ita summa decreta pœna des-  
 sertori. Cœlum promittitur strenue pugnanti, & non incalescit  
 generosæ mentis viuīda virtus, tam fœlicis præmij spe? Preser-  
 tim promissi authore illo qui tam fallere non potest, q̄ non esse  
 nequit. Geruntur omnia sub oculis cuncta continentis dei, ha-  
 bemus vniuersum cœli cœtum nostri conficius spectatorem, et  
 non vel pudore accendimur? Collaudabit ille virtutem nostrā,  
 quo probari, suprema fœlicitas est. Qui hanc gloriam vel vitæ  
 dispendio petimus? Ignauum pectus est, quod nullis præmij  
 excitatur, at solent & ignauissimi malorum metu expergefieri.  
 At illic quidē hostis, vt sic violentissimus, in fortunas atq; in cor-  
 pas sauit. Quid autem amplius in Hectorem potuit, crudeliss-  
 mus victor Achilles? At hic sauitur in immortalem tui partē,

Agonote-  
 tes p̄posi-  
 tor certamini  
 suæ  
 spectaculo-  
 rum,

Militē cri-  
 stiani idē  
 spectator  
 qui & res-  
 munerator

home-  
 rii.  
 Ilias  
 dos.  
 Virg.  
 in. v.  
 enei  
 dos.  
 Paul.  
 . i. ad  
 corin-  
 thios.  
 ij.



Necq; cadauer tuum circum sepulchrū trahitur, sed corpus parit  
 terq; anima ad inferos demergit. Illic extrema calamitas, vt ani-  
 mam a corpore victor gladius auferat, hic ipsi animæ sua vita eri-  
 pitur deus, Naturę est interire corpus, quod etiam si nullus occi-  
 dat, tamen nō emori nō potest. At animā mori, infœlicitatis ex-  
 tremę est. Corpusculi vulnera, quanta cautela depellimus, quā-  
 ta sollicitudine medemur? & animæ vulnera negligimus? Cor-  
 poris interitum immane, quantū horremus, ppter ea quod ocu-  
 lis videatur corporeis. Animam vero morientem quoniā nemo  
 videt pauci credunt, paucissimi formidant, quum sit hæc mors  
 illa morte tanto atrocior, quanto corpore præstat anima, quan-  
 to animæ deus. Vis tibi coniecturas quasdam commonstrem,  
 quibus animæ deprehendas vel morbum, vel interitū? Male cō-  
 coquit stomachus, cibum non continet. Corporis morbum in-  
 telligis. Non tam panis cibus est corporis, q̄ animę cibus verbū  
 dei. Id si tibi amarum est, si nauseam sapit, quid adhuc dubitas  
 quin animæ tuæ palatum morbo sit infectum? Si non continet,  
 si non concoctum in viscera traicit, euidentis habes argumentū  
 valetudinariam esse animam. Quum genua labāt, & membra  
 vix ægra trahuntur, corpus male habere cognoscis, & non col-  
 ligis animi morbum, quum ad omnia pietatis officia languet,  
 nauseatq;, quum ne leui quidem cōtumeliæ ferendæ robur sup-  
 petit, quum paululo pecuniolæ dispendio frangitur? posteaq;  
 oculos destituit visus, vbi desierunt audire aures, posteaquam  
 constupit omne corpus, neq; dubitat, quin emigrarit anima. Tu  
 quum habes cordis oculos obscuratos, vt euidentissimum lus-  
 men quod est veritas, non videas, quum vocem diuinam inter-  
 nis auribus non percipias, quum omni prorsus sensu careas, vi-  
 uere credis animam? Vides fratrem indigna patientem, nihil  
 commouetur animus, modo tua res sit incolumis, Quur nihil  
 hic sentit anima? Nempe quia mortua, Quare mortua? Quia  
 non adest illius vita, deus. Siquidem vbi deus, ibi charitas. De-  
 us enim ccharitas est. Alioqui si viuum es membrum, quur vlla  
 pars corporis dolet, te non modo non dolente, verum ne sen-  
 tiente quidem? Accipe signum, non paulo etiam certius, De-

Aniē mo-  
ri quanto  
gravior ē  
corpis in-  
teritu.

Aniē mors  
qbus sig-  
niscogno-  
scitur.



fraudasti amicum, commisisti adulterium, capitale vulnus accepit anima, & tamen adeo tibi non dolet, vt etiam quasi de lucro gaudeas, iactesq; quod turpiter admisisti. Certum habe mortuam iacere animam. Non viuit corpus, si punctiōnem acieus lā non sentiat, & viuet anīa, quæ tāti vulneris sensu vacat? Audis quempiam sermones impios, tumidos, maledicos, impudicos, obscenos proferentem, verbis rabiosis in proximum debacchantem, caue putes isti homini viuam esse animam? Iacet in sepulchro pectoris putre cadauer, vnde eiusmodi fetores exhalantur, & proximum quemq; inficiunt. Christus phariseos sepulchra dealbata vocat, Quid ita? Nempe, quia mortuam animam secum circumferebant, Et regius ille propheta, sepulchrum inquit patens guttur eorum, linguis suis dolose agebant. Piorum corpora templa sunt spiritus sancti, impiorum sepulchra cadauerum, vt potissimum in eos quadret illa grammaticorum ethymologia  $\sigma\omega\mu\alpha$  quasi  $\sigma\eta\mu\alpha$  Sepulchrum, pectus guttur & os, hiatus sepulchri. Neque vllum corpus tam mortuum est destitutum anima, quā mortua est anima relicta a deo. Neq; vllum corporeum cadauer, sic obolet naribus hominum, vt foetor animæ sepultæ iam quadriduum, offendit nares diuinas omniumq; coelitum. Ergo cum verba mortua proficiscuntur e pectore, cadauer intus cubet necesse est. Nam quum iuxta vocem euangelicam, ex abundantia cordis os loquatur: nis mirum viua verba dei loqueretur, si illie adesset vitæ deus. Cōtra in euangelicis litteris Christo dicunt, discipuli, Domine quō ibimus. Verba vitæ habes. Quur ita tandem verba vitæ? Nēpe quod ab ea manarent anima, a qua nunquam vel momento discesserat diuinitas, quæ & nos vitæ restituit immortalī. Sed ægrotanti corpori paulo succurrit medicus. Corpus exanime non raro reuocarunt ad vitam & homines pñj. Animam vero mortuam, non nisi singulari grauida q; virtute resuscitat deus: an ne resuscitat quidem si mortua corpus reliquerit. Tum corporeæ mortis aut nullus, aut certe breuissimus est sensus, animæ sempiternus. Et quum alioqui pluraq; mortua sit, tamen ad mortis sensum quodammodo est immortalis. Proinde quum tam

Sepulchra dealbata.

Somagre  
ce corp<sup>9</sup>.  
Sima y<sup>o</sup>  
sepulchre  
significat.

Mat<sup>3</sup>  
thei.  
xxij.  
Psal<sup>v</sup>

Mat<sup>3</sup>  
thei<sup>xij</sup>

Ioan<sup>6</sup>  
vi.



nouo periculo nobis sit dimicandum, quis ille stupor, quæ sæ-  
 curitas, quæ supinitas animi nostri: quem tanti mali metus non  
 acuit? At ediuerso nihil est quod te vel periculi magnitudo: vel  
 hostium coplæ vires, artes, consternent animo. Succurrat quã  
 grauem habeas aduersarium, succurrat e regione, quam præ-  
 sentem habeas opitulatorem. Innumerabiles aduersum te, sed  
 qui pro te stat, vnus plus potest omnibus, Si deus pro nobis:  
 quis contra nos? Si ille sustinet, quis deficiet? Tu modo victo-  
 riæ votum toto pectore concipe. In mentem veniat, non tibi  
 cum integro hoste rem esse, sed cum eo. qui iam olim fractus,  
 fusus, exutus, atq; a deo triumphatus sit a nobis, sed in Chris-  
 to capite nostro, a quo pculdubio vicissim vincetur, & in nobis  
 Tu modo cura vt sis in corpore, & omnia poteris in capite. In  
 teipso quidem nimis es imbecillis, in illo nihil non vales. Pro-  
 inde ne anceps quidem est nostri Martis exitus, propterea qd'  
 neutiquam a fortuna pendeat victoria, sed ea omnis manu sita  
 sit dei, ac per eum nostris quodq; in manibus, Nemo hic non vicit  
 nisi vincere noluit. Auxiliatoris benignitas nulli defuit vnquã,  
 si caueris, ne benignitati illius desis ipse: vicisti. Pro te pugna-  
 bit, & liberalitatem suam tibi pro merito imputabit. Victoriã  
 omnem illi feras acceptam oportet, qui primus & solus a pec-  
 cato immunis, peccati tyrannidem oppressit, verum ea tibi nõ  
 sine tua continget industria, nam qui dixit, confidite, quia ego  
 vici mundum, magno te vult animo esse, non securo, Ita de-  
 mum per illum vincemus, si illius exemplo pugnabimus. Qua-  
 re sic inter Scyllam Charibdimq; medius quidam cursus est obe-  
 tinendus. vt neq; diuina gratia fretus securius agas atq; soluti-  
 us, neque belli difficultatibus exanimatus, animum simul cum  
 armis abijcias.

### ¶ De armis miliciæ Christianæ.

Atq; illud in primis arbitror ad huius militiæ disciplinam perti-  
 nere, vt q̄ maxime cognitum meditatumq; habeas, quo potis-  
 simum armorum genere, quibus cum hostibus oporteat con-

Bellū chri-  
 stiani mis-  
 litis non a  
 fortuna pē-  
 det sed a  
 deo.

miles chri-  
 stianus.  
 parti dis-  
 uie gratie  
 parti pro-  
 priæ tuti-  
 inniti des-  
 bet nec al-  
 terū sine  
 altero suf-  
 ficere.

Ad ro-  
 māos.  
 viij.

lo. xvi



gredi. Tum ut ea semper in expedito habeas ne quando possit insidiator ille versutissimus, inermem opprimere, atque inopinans rem. In vestris bellis, non raro licet interquiescere, vel quum hybernat hostis, vel quum intercedunt induciae. Nobis donec in hoc corpore militamus, ne digitum quidem transuersum (ut aiunt) licet ab armis discedere. Nunquam non standum pro castris nunquam non excubandum, quia nunquam cessat hostis noster. Immo quum tranquillus est, quum fugam, aut inducias simulat, tum vel maxime molitur insidias, neque unquam cautius excubias oportet agere, quam quum pacis speciem exhibet, nunquam minus trepidandum, quam cum aperto Marte nos adoritur. Ergo prima cura sit, ne inermis sit animus. Armamus corpusculum hoc, ne timeamus sicam latronis, non armabimus mentem ut in tuto sit? Armati sunt hostes ut perdant, nos piget arma capere, ne pereamus? Vigilant illi, ut perimant nos, non vigilamus, quo simus incolumes? Sed de armatura Christiani speciatim suo loco dicetur.

Interim ut summam dicam duo praecipue paranda sunt arma ei cui sit cum septem illis gentibus Chanebo, Cetheo, Amoreo, Pherzeo, Gergezeo, Eueo, Iebuseo, hoc est cum vniuersa vitiorum cohorte pugnandum, quorum septem capitula potissimum numerantur) praecatio & scientia. Semper armatos esse vult Paulus, qui sine intermissione iubet orare Praecatio pura in coelum subducit affectum, arcem videlicet hostibus inaccessam. Scientia salutaribus opinionibus comunit intellectum, ita ut neutra alteri deesse oporteat, Alterius sic altera potest opem res, & coniurat amice. Illa quidem exorat, sed haec suggerit quid sit orandum, ut ardentem orem, & iuxta Iacobum nihil hesitans, fides, spesque praestant, ut in nomine Iesu. i. salutaria petas, scientia monstrat, Audierunt & filii. Zebedei, a Christo nescitis quid petatis. Sed oratio quidem potior, ut quae cum deo sermones miscat, ac scientia non minus necessaria tamen. Aegypto profugus, nescio an satis tuto te tam longo tanque difficili itinere commissurus sis nisi duobus his ducibus: Mose, Aaron sacris praefectus orationis gerit typum, Moses legis cognitionem significat. Sed ut scientiam oportet non esse mancam, ita orationem non conuenit esse

Duo praecipua christiano arma.

Orationis typum. Aaron scientiae typum. Moses gerit.

Iosue. ix. xi. xij.

i. tessa. v.

Iaco. ii.

Matth. x.





Exo.  
xvij

ignauam. Orationis armis pugnat cum hostibus. Moses, sed manibus in altum sublatis. Quas simul atque dimiserat, sit inferior israel. Tu fortasse cum oras, hoc modo spectas, quantum psal-

Ca. vi

morum permurmura is? & multiloquium orandi virtutem arbitraris. Quod vitiū potissimū est eorū, q̄ adhuc in litera sunt ins-

Orandi  
modus.

I. ad

corin.

xiii.

Ad ro

māos

xiii.

quid opus sit vobis, anteq̄ petatis eum. Et Paulus decem milia verborū in spū, hoc est ore tenus pronuncianda contemnit, prae-

Tētatus  
ad oratio  
nē cōfugi  
at.

quinq̄ in sensu proferendis. Moses nullam aēdebat vocem, & tamen audiebat, quid clamas ad me? Non strepitus ille labiorū sed ardens animi votum tanquā intentissima quæpiam vox ferit

aures diuinas. Tu igitur hoc tibi familiare facias, simul atque ingruerit hostis: vbi te relicta vicia sollicitant, vt statim mentē cum certa fiducia ad cœlum erigas, vnde veniet auxilium tibi, sed eo-

Sciētia dī  
uine scrip  
ture q̄ sit  
necessaria  
Manna.  
Aqua de  
petra Scis  
entia sas  
crarū feri  
pturarū.

Exo.

xvi. et

vii.

Psal.

xxij.

dem tollantur & manus Tutissimum est pietatis officij s occu- pari, vt opera tua non ad terrena studia, sed ad Christum referantur. Sed ne scientiæ subsidia contemnas, illud consydera.

Antea satis erat Israel hostem effugere, at non prius sibi fidit, vt Amalechitem prouocet vt cominus experiatur, q̄ esses mā-

na cœlesti, & aqua de petra scatente refectus. His epulis confirmatus, egregius ille bellator Dauid, vniuersam hostium cohortem contemnit. Parasti inquit in conspectu meo mēsam,

aduersus omnes qui tribulant nos. Crede mihi frater animo meo charissime, nulla tam vehemens hostium impressio, id est nulla tam valida tentatio, quam ardens sacrarū literarū studiū nō faci-

Māne cū  
theologia  
cōpatio.

le retundat, nulla tam tristis aduersitas, quā non reddat tollerabilem. Atqui ne videar audaculus interpret (quamq̄ possem me magnis authoribus tueri) quid aptius arcanae legis scientiam adumbrare queat. q̄ manna? principio enim quod e terra pro-

uenit, sed cœlitus depulit discrimen vides, inter humanas & diuinas literas omnis enim scriptura sancta diuinitus est inspirata, atq̄ a deo authore profecta. Quod minutū, sermonis est humi-

C

ij. thi.  
ij.



Māna eti  
am nō oī  
b<sup>9</sup> palat  
ide; sapit  
hoc ē qd  
iusta lob  
mīplex  
est sermo  
dei; hīc p  
prietatē  
author tā  
git aduer  
s<sup>9</sup> coletū  
scribens.  
Māna .i.  
nō ē hoc.

Aqua scri  
pturā sa  
crā signifi  
cat;

litas, sub verbis pene sordidis ingentia mysteria claudentis. Qd  
candidum: Nulla mortalium doctrina est, quæ non sit aliquo  
nigrore erroris vitata. Sola Christi doctrina tota niuea, tota  
candida, tota sincera est. Quod rigidulū est atq; subasperū, mys  
terium litera obiectū exprimit. Superficiē & quasi siliquā si qs  
atrectet, quid durius atq; insuauius? Non nisi tunicam Manna  
gustauerant, qui dicebāt, Durus est hic sermo, & quis pōt eum  
audire? Erue sensum spiritalem iam nihil suauius, nihil succulen  
tius. Deniq; manna Hebreis sonat, quid est hoc, quod & ipsum  
pulchre quadrat in diuinam scripturā, quæ nihil habet ociosum,  
sed ne apicem quidē, non dignū vestigatione, non dignū admie  
ratione, non dignū hac voce: quid est hoc? Aquarū vero nomie  
scientiā diuinæ legis significare, familiare est spiritui sancto, le  
gis aquas refectionis, super quas se gloriatur educatum David,  
legis aquas: quas sapientia de. iuat in capita viarum omniū, legis  
flumen illud mysticum: in quod ingressus est Ezechiel vado trā  
sire nō poterat, legis puteos quos foderat Abrahā, quos terra  
oppletos a philistæis denuo restituit Isaac, legis fōtes duodecim  
ad quos peragatis quadraginta mansionibus: iam fatiscentes  
respirant israhelitæ, legis & in euangelio puteum super quē iti  
nere fessus assedit Iesus. Legis aquas Syloe ad quas idem mittit  
cœcum vt visum recipiat Legis aquam in peluim missam ablu  
endis apostolorū pedibus. Et ne singula recenseam, hoc signifi  
catu, frequens mentio est in arcanis literis puteorū, fontium, flu  
minū, quia a nobis nihil aliud, q̄ mysticę scripturę diligēs vesti  
gatio cōmendatur. Quid enī aqua in terræ venis abdita nisi my  
steriū obductū litera? Quid eadē ad scatebrā elicita? nisi myste  
riū erutū atq; explanatū? Quod vbi ad auditoriū edificatiōē,  
longe lateq; propagatur, quid iam prohibet flumen appellare?  
Ergo si te totum studio scripturarum dedicabis, si in lege domi  
ni meditaberis die ac nocte, non timebis a timore nocturno siue  
diurno, sed ad omnem hostium insultum munitus atq; exerci  
tatus eris. Neq; equidem vsquequaq; im. pbauerim ad hanc ma  
litiā: velut tyrocinaio quodā præludere in literis poetarū et philo  
sophorū gentiliū, modo modice, ac per etatē quis eas attingat.

Ioā. vi

Psal.

xxii.

Ecle.

xxiii.

Eze.

xliii.

Gene.

xxvi.

Exo.

xv.

Ioan.

iii.

Ioā. &

Ioan.

xii.

Psal.

vii.



& quasi in transcurso arripiat, non autem immoretur, & veluti ad scopulos syrenæos consenescat: Nam ad hæc quoque studia vocat diuus Basilius adolescentulos, quos ad Christianos mores instituit, & ad musas reuocat Licentium suum noster Augustinus. Neque poenitet adamatae captivæ Hieronymum, Laudatur Cyprianus, quod Aegyptijs spolijs templum domini locupletarit, verum nolim te cum gentilijs literis gentilijs & mores haurire. Alioqui permulta reperies & illic ad recte viuendum conducibilia, neque aspernandum, quod etiam ethnicus author bene monet, quandoquidem nec Moyses Ietro sacerdoti concilium est aspernatus. Fingunt illæ literæ vegetantque puerile ingenium atque ad diuinarum scripturarum cognitionem mire præparant, ad quas illico pedibus manibusque illotis irrumpere, pene sacrilegij genus est. Hieronymus eorum impudentiam taxat, qui modo a secularibus studijs profecti audent diuinas tractare scripturas, at quanto faciunt impudentius, qui ne gustatis quidem illis, istuc ipsum audent. Sed uti diuina scriptura: non multum habet fructus si in litera persistas heresque, ita non parum utilis est Homerica Virgilianaque poesis, si memineris eam totam allegoricam. Id quod nemo negabit, qui modo veterum eruditionem vel summis labijs degustarit, Obscenos autem poetas, suaserim omnino non attingere. aut certe non introspicere penitus, nisi forte noueris descripta magis horrere vitia, & contentione turpium, vehementius amare honesta. E philosophis autem Platonicos te sequi malim, Propterea quod cum plerisque sententijs, tum ipso dicendi characterem quamproxime ad propheticam euangelicamque figuram accedunt. Breviter omnem ethnicam literaturam delibare profuerit siquidem id fiat, ut dixi, & annis idoneis, & modice, tum cautim & cum delectu. Deinde cursim & peregrinantis non habitantis more: postremo: quod est præcipuum: si omnia ad Christum referantur. Sic enim mundis omnia munda sunt, quæ immundis contra sit nihil sit mundum, Neque vicio tibi vertetur si Solomonis exemplo sexaginta reginas, octoginta concubinas, & innumerabiles secularis sapientiæ puellas domiales: modo diuina sapientiæ: præter cæteras sit vnica tua, formosa tua, co-

Quatenus  
conueniat  
exerceri in  
literis genti-  
lilium.

Poete the-  
ologi non  
aspnendi  
sunt.

Platonici  
imitandi.  
Epilogus  
qualiter les-  
gendi, eth-  
nici.

Fxo.  
xviij.

ad thi.  
i.



lumba tua. Et israelites amat alienigenam barbaramque forma ca  
 ptus, sed capillis derasis unguibus presecis, ex allophila facit is  
 raelitidem: Et Ozee fornicariam dicit, verum ex ea liberos tollit  
 non sibi, sed domino Sabaoth, sanctumque prophetam stuprum, dominicam  
 auget familiam. Hebrei postea quam Aegyptum relinquerent, aliquan  
 diu consperso vivebant, sed hic cibus temporarius erat, neque ad  
 tantam perfectionem poterat suppetere. Ergo eo mox fastidito, ad  
 manna quantum potest: properandum celestis sapientiam, quae te as  
 fatim alet animabitque, donec propositi victor peruenias ad pal  
 mas illas, praemij nunquam desituri. Sed interim etiam atque etiam  
 memineris, non oportere nisi lotis manibus. i. summa animi pur  
 ritate tractari diuinas literas: ne tibi antidotus tuo vitio vertatur  
 in venenum: & manna tibi putrescat, nisi in viscera affectus tra  
 ieceris, eueniat autem quod illi Oze: qui non veritus est arcem nu  
 tan: i. pphanas admoliri manum, & improbum officium subita morte  
 luit. Primum est, ut de eis literis digna sentias. Oracula vera (ut  
 sunt) esse puta, de diuinae mentis addyto profecta. Afflari te nu  
 mine, affici, rapi, transfigurari ineffabili modo senties, si religios  
 se, si cum veneratione, si humiliter adieris. Videbis sponsi beati  
 delicias, videbis opes diuissimi Solomonis, videbis abditos thes  
 sauros aeternae sapientiae: sed caue improbe irrumpas in conclas  
 ue, humile est ostium, vide ne capite impingas ac resillas. Sic  
 porro existima, nihil tam verum esse, eorum quae vides ocu  
 lis, quae manibus contrectas. quam quae ibi legis, Ut caelum, ut  
 terra intereant, certe de verbis diuinis ne vnum quidem lora  
 aut apiculus interiturus est, quin omnia fiant: Ut menciantur:  
 ut errent homines, veritas dei, neque fallit, neque fallitur. Ex inter  
 pretibus diuinae scripturae eos potissimum delige: quia litera  
 quam maxime recedunt. Cuiusmodi sunt imprimis post Paulum  
 Origenes: Ambrosius: Hieronymus: Augustinus, Video  
 enim neotericos Theologos literae nimium libenter inherere:  
 & captiosis quibusdam argutijs magis: quam eruendis myste  
 ris operam dare, quasi vero non vere dixerit Paulus, legem nostram  
 spiritalem esse. Audiui nonnullos, qui sibi usque adeo humanis, illis con  
 mentiunculis placebant, ut veterum interpretamenta poene pro som

Quid sit  
 consperso  
 viuere.

Sacra scri  
 ptura non  
 debet a pe  
 ccatoribus  
 tractari.

Qui potiss  
 simum theo  
 logi ad  
 bonam mens  
 te condus  
 cant.

Deu  
 tro.  
 xx. i  
 Osee.

Exo.  
 xvi.

ij. reg.  
 vi.

Mat  
 thei. v

Adro  
 maos  
 vij.  
 Infra.  
 xxvi



nijs contēnerent, tantumq; illis fiducia Scotus faciebat, vt ne les-  
 cis quidē vnq; sacris literis, se tamen absolutos Theologos puta-  
 rent. Qui etiam si argutissima di.āt, an spūsāctio digna dixerint  
 aliorum esto iudiciū. Tu si maus spiritu esse vegetior, quā ad  
 contentionem instructor, si saginā animę queris, magis q; īgenij  
 pruritū, veteres potissimū euolue, quorum & pietas spectatior,  
 & eruditio vberior, antiquiorq; & oratio, neq; ieiuna, neq; sordida,  
 & interpretatio sacris mysterijs aecommodatior. Neque  
 vero hoc dixerim, quod neotericos contēnam, sed quod vtilio-  
 ra preferam, tuocq; proposito conducibillora. Habet aut spūs ille  
 diuinus suam quandā linguā, suasq; figuras, quæ tibi sunt in pris-  
 mis diligenti obseruatione cognoscendæ. Balbutit nobis diuina  
 sapientia & veluti mater quæpiā officiosa ad nostram infantiam  
 vocē accōmodat. Lac porrigit infantulis in Christo; holus infir-  
 mis, tu vero festina adolefcere, & ad solidū propterea cibū. Deo  
 mittit illa sese ad tuā humilitatē, at tu contra ad illius sublimitatē  
 assurge. Monstri simile est, semper infantē esse, nimis ignauum  
 non desinere infirmū. Magis sapient magis pascet, vnus & siculi  
 meditatio, si rupta siliqua medullam erueris, q; vniuersum psal-  
 teriū ad literā tantum decantatū. Quod quidē ego hoc diligen-  
 tius admoneo, quod re ipsa cognitum habeā, errorem hunc nō  
 vulgi modo animos passim occupasse, sed & eorū qui vestitus  
 & nomine perfectā religionē profitētur, vt putāt summā pietatē  
 hac vna in re sitā, siq; plurimū psalmodiū vix etiam ad literam in-  
 tellectorum quotidie percenseant, neq; aliud in causa iudico,  
 monasticam pietatem sic vbiq; frigere, languere, euanescere quā  
 quod in litera consenscunt, neq; ad spiritālē scripturarum cog-  
 nitionem elaborant. Neq; audiunt Christū in euāgelio clamātē  
 Caro non prodest quicq; spūs est, qui viuificat, nō Paulū magis  
 stro astruentem, litera occidit, spiritus est qui viuificat. Et scimus  
 quoniam lex spiritualis, non carnalis. Et spiritualibus spūalia cōpas-  
 randa. Olim in monte, nunc in spū vult adorari pater spiritum.  
 Quancq; haud asperror eorū imbecillitatem, qui mentis inopia,  
 (qd vnum possunt) faciunt, mysticos psalmos simplici puraq;  
 fide pronūciantes. Imo quēadmodū in precaminib<sup>9</sup> magicis vo-

Theolo-  
gives  
neoterict  
pferendi.

Orandi  
abusus.

Religio-  
nis inclias  
tio vñ ps  
uenit.

Orātes et  
nō intellis  
gentes.

C in



Origenis  
ca simili  
tudo,

ces quædã, ne ab ijs quidem qui eas pronunciant intellectæ, effica  
ces tamen esse credunt, ita diuina verba, quæ parum cognita,  
tamen prodesse credendum est ijs, a quibus syncera fide puroq;  
affectu vel dicuntur, vel audiuntur. Angelosq; qui adsunt atq;  
intelligunt, ad opem ferendam inuitari. Neq; vero Paulus con  
temnit eos, qui spiritu psallunt, vel qui linguis loquuntur, sed ad  
sectanda charismata meliora hortatur. Ad quæ, si cui nō contis  
git eniti, vicio non animi, sed naturæ, certæ non obstrepat ijs.  
qui potiora conantur. Et iuxta Pauli vocem, qui manducat, nō  
manducantē non spernat, & qui non manducat, manducantem  
nō iudicet. Te vero qui ingenio tū foelici præditus es, oīno nolo  
in sterili litera lentū esse, sed ad recōditiora mysteria festinare, &  
in pbū conatū industrię, crebris precib⁹ adiuuare, donec aperiat  
tibi librū septē signaculis obsignatū, is qui habet clauem David  
qui claudit, & nemo aperit, arcana patris, quæ nemo nouit nisi  
si filius, & cui voluerit filius reuelare. Sed quo nam nostra dela  
bitur oratio? Propositum erat, vt tibi vitæ, non studiij formam  
prescriberemus. Verum huc defluximus, dum tibi conamur of  
ficinam idoneam commōstrare, vnde debeas nouæ militiæ tuæ  
noua arma petere, Ergo vt ad institutum reuertamur. si ex lib  
ris gentiliū optima quæq; decerpseris, atq; apiculæ exemplo  
per omnes veterum hortulos circumuolans, preteritis venenis,  
succū modo salutarem ac generosum esuxeris, animū tuū, ad cō  
munem quidē vitamquā ethicam vocant, reddideris non paulo  
armatiorē. Sunt enim profecto & illorū Palladi sua quedam ar  
ma neutiquā contemnenda Christi autē esse puta, quicquid vsq;  
veri offenderis. Verū diuina illa & ( vt poetę loquūt ) Vulcania  
panoplia, nullo telo violabis, non nisi ex arcanorū literarum ar  
mentario depromit, In quo David noster imperator, vniuersū  
belli apparatū suis militibus reposuit, quib⁹ cominus a minusq;  
pugnēt eū pputiatis, Philisteis His armis neq; Achilles Homeri  
cus tectus erat, & si fingit, neq; Aeneas Virgilian⁹, quorū alter  
ira, alter amore, tā turpiter vincebat, Neq; absurde dictum, qd  
ea non in humanis officinis excuduntur, sed in ea que Vulcano  
est cū Minerua cōmunis, Nā mineruā artib⁹ atq; ingenijs. Vul

Epilog⁹  
delegēdis  
gētiliū li  
bris,

Panoplia  
græce lati  
ne dicitur  
Armatur  
ra.

i ad co  
xiiij.

ad ro  
xiiij.

Apo.  
iiij.  
Apo.  
v.  
Math  
ij.

i regi  
xvii.  
i ad c  
ri. xiiij.  
Mat  
iiij.  
Sa. v

Esa  
ii. ad  
Cori  
x.

ad E  
phes  
vi.

ad ro  
viij.



canū igni præficiunt deorū figuli poetæ. Id qd' ego tū demū ꝑe fieri existimo, quū videlicet honestis artibus excultū ingenium, sic diuini amoris ignis cōmunit, vt etiam si fractus illabaſ orbis, impaudum feriant ruinae. Sed ante supetbi Saulis arma reſicias oportet, quæ magis oneri sunt q̄ vsui, & cū Goliad congressu rum David, grauant nō iuant. Deinde de ripa torrētis mysticę scripturę, quinq; colligas lapillulos (que forte qnq; sūt ꝑba Pauli que loquit̄ in sensu) postremo fundibula dextram armes. His demū armis prosternit̄ vnic⁹ ille noster hostis supbiæ paſ Sathanas quē & caput nostrū Christ⁹ Iesus quomodo tandē deuicit? Nōne quū tentanti diuinæ scripturæ verbis respōdet, q̄si petitis de torrente lapillis frontē inimici pcussit? Vis aut̄ audire Christianæ Palladis arma? Et accipiet (inquit) armaturā zelus illius & armabit creaturam ad vltionē inimicorū. Induet pro thorace iusticiā, & accipiet ꝑ galea iudicium certū. Sumet scutum inextinguibile æquitatē, acuet aut̄ dirā iram in lanceā. Legis & apud Esaiam. Indutus est iusticia vt lorica, & galea salutis capite eius, Indutus est vestimentis vltionis, & optus est q̄si pallio zeli. Iā si libet Pauli non instrēni ducis adire prōptuariū, nimirū iuenies & illic arma nostrę militię nō carnalia, sed potētia deo ad destructionē munitionū, cogitationes destruentes, & omnē altitudinē extollentē se aduersus scientiā dei. Inuenies armaturā dei, qua possis resistere in die malo, inuenies arma Iusticię a dextris & a sinistris, inuenies laterum munimentū veritatē, & loricā Iusticię scutū fidei, in quo possis vniuersa maligni tela ignea extinguere Inuenies & galeam salutis & gladium spiritus, quod est verbū dei. Quibus omnibus si quis erit diligenter tectus atq; munitus is deinde poterit animosam illam Pauli vocem intrepidus emittēre. Quis ergo nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? vide quantos hostes, q̄ omib⁹ formidatos, ipse pro nihilo ducat. Sed audi quiddā etiā fortius. Nā seq̄t, Sed in his oib⁹ superamus, ꝑpter eū qui dilexit nos. Certus sum em̄, quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principat⁹, neq; virtutes, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; amplitudo. neq; ꝑfū/

Davidis  
cōtra Go  
liā prestū  
mysticū  
Arma Sa  
ulis Quis  
q; lapilli.

Armatus  
re diuig es  
numera  
tio.



dum, neque creatura alia, poterit nos separare a charitate dei, que est in Christo Iesu. O felicem fiduciam, quam præstant Paulo .i. pusillo homini arma lucis, qui se etiam proiectamētum huius mundi appellat, Talis igitur armaturæ vim sacræ literæ tibi supeditabunt, si toto pectore in eis versaberis, ita ut nostris monitis nihil sit opus futurum. Sed quoniam tu ita vis ne tibi non morigeri fuisse videamur. Enchiridion hoc est paginuculum modo quendam excudimus, quem nunc de manu deponas, ne in conspectu quidem aut in cubiculo, ut etiam si quando cogaris in huius mundi negotiis peregrinari, iustamque istam armaturam graueris circumferre, non committas tamen, ut villo momento insidiator ille opprimat te prorsus exarmatum, saltemque non pigeat hunc gladiolum tecum habere, neque onerosus erit gestatu neque inutilis ad tutelam. Est enim perpusillus, quo tamen si adhibita fidei parmula, scite vteris, facile sustinebis tumultuarium hostis assultum, ne quod lethale vulnus accipias. Sed iam tempus est vtendi, rationem quandam experiamur tradere, quam si tu diligenter ad exercitationem accommodabis, fore confido, ut te victorem imperator noster Christus ex hoc presidio in suam civitatem Hierusalem transferat, quantemvbi nullus omnino belli tumultus sed pax immortalis, ac perfecta tranquillitas, quam interim omnis spes salutis in ferro sita sit.

i. Ad  
corit.  
iiij.

Parma sc  
urū est pe  
dicū hinc  
parmula  
dimiuutis  
uum.

¶ Caput esse sapientiæ, ut temetipsum noris, deque duplici sapientia falsa & vera,

Pacis cons  
medatio.

¶ Pax igitur summum illud est bonum, ad quam omnia sua studia, mundi quoque amatores referunt, sed falsam, ut dictum est, Eandem & philosophi suorum dogmatum sectatoribus falso pollicebantur Christus enim vnus eam donat, quam mundus non potest dare, Ad hanc perueniendi vna ratio est, si cum nobis ipsis bellum geramus si cum vitis nostris acriter depugnemus. Cum his enim hostibus im  
placabili odio dissidet deus pax nostra, quam natura sit virtus ipsa, virtutumque omnium parens & author. Atque ex omnium viciorum genere contracta colluies, a Stoicis fortissimis assertoribus virtutis. Stultitia vocatur, in nostris literis malitia dicitur. Itidem ut omnibus suis

Ioan.  
xiiij.

Stultitia  
colluies  
viciorum a  
Christi  
nis malis  
cia dicitur.



nūeris absoluta probitas, vtriusq; sapiētia nominat. Maliciā autē.  
 nonne iuxta sapientis oraculū vincit sapientia? Maliciā p̄ atq;  
 princeps est rector ille tenebrarū belial, cuius ductū quisquis se  
 quitur, in nocte ambulans ad noctē properat aternā. Cōtra sa-  
 pientiae author, atq; ipsa adeo sapientia Christus Iesus, qui verū  
 est lumen, stulticiā mūdans noctē, solus discutiēs, splendor pa-  
 ternae gloriā, qui nobis in se renatis, vt fact⁹ est redēptio atq; ius-  
 tificatio, teste Paulo, ita factus est & sapientia. Nos inquit prae-  
 dicamus Christum crucifixū, Iudeis quidē scandalū, gētib⁹ autē  
 stulticiā, ipsis autē vocatus Iudeis atq; Græcis Christū dei virtus  
 tē, ac dei sapiētiā, Per quā ipsius exemplo, nos quoq; de hoste  
 malicia, triumphū referre queamus, si modo in eo sapuerimus in  
 quo & vincemus, Hanc tu cōtemptra sæculi sapientia amplectē-  
 re, quæ mendacissimo titulo sese vendicat stultis, quū iuxta Pau-  
 lum nulla verior sit stulticiā apud deū, q̄ terrena sapientia, dedis-  
 cenda ei, qui vere cupiat sapere. Si quis videt inquit inter vos  
 sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens, Sapiētia enim  
 huius mūdi stulticiā est apud deū, Et Paulo superius, Scriptum  
 est enim, perdā sapiētiā, sapiētiū, & prudentiā prudentiā repro-  
 babo. Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquit tor huius sæculi? Non  
 ne stultam fecit deus sapiētiā huius mundi? Nec dubito quin iā  
 nunc odiose tibi obstrepāt, stulti isti sapiētes, & cæci cæcorū du-  
 ces, delirare te, desipere, insanire, clamitantes, quod ad Christū  
 paras desciscere. Hi sunt nomine dumtaxat Christiani, cæterum  
 doctrinæ Christi, tū irrisores, tū oppugnatores. Vide ne quid  
 istorū blateramenta te permoueant, quorum triseranda cœcitas  
 deploranda potius, q̄ imitanda. Quod est em̄ istud praposte-  
 rū sapiētiæ gen⁹, in rebus nugatorijs nihilicq; imo ad turpitudi-  
 nem tantum esse catum & callidū, in ijs vero, quæ sola ad salute-  
 tem nostram perinēt, non ita multo plus pecude sapere? Pa-  
 ulus vult nos esse sapientes, sed in bono. simplices autem ī malo  
 Sapiunt isti, vt inique agant, bene autem facere nesciunt. Et quū  
 facundus ille poeta Græcus ad nihil vtilem hominem censeat,  
 qui neque ipse per se sapiat, neque bene monenti obtemperat,  
 qua tandem in classe ponentur isti, qui quum turpissime desip-

Sapiētia  
 hui⁹ mūdi  
 di stulta.



piant, tamen non desinunt obturbare, ridere, deterrere eos qui iam resipuerunt. Verum irrifor nonne irridebit? Qui habitat in coelis, vicissim irridebit eos, & dominus subsannabit eos, Leges in libro sapientiae, Videbunt enim, contemnunt eum, illos autem deus irridebit. Ab improbis ridere poene laudari est, certe gloriosum capitulis nostris, & Apostolorum, amulos fieri. At horrendum profecto, a deo irrideri. Ego quoque inquit sapientia, in interitu vestro ridebo & subsannabo quum vobis id quod timebatis aduenerit, videlicet quum sero iam experrecti dicent, Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, & finem honorare. Animalis ista, et, ut Iacobus ait, diabolica est sapientia, ac deo inimica, cuius finis interitus, quippe quam sepe affectatur pedissequa pestilens arrogantia, arrogantiam autem caecitas, caecitatem affectuum tyrannidem, affectuum tyrannidem, vniuersa viciorum leges, & licentia quoduis peccandi. Licentiam istam sequitur consuetudo, consuetudinem infelicissimum animi stupor, quo fit, ut & mali sensu careant. Stupentes mors occupat corporis, quam mors excipit secunda. Vides ut summi mali mater est mundi sapientia. De Christi vero sapientia, quam mundus stulticiam putat, ita legis. Venerunt autem mihi pariter omnia bona cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius, & latatus sum in omnibus, quoniam antecedebat me ista sapientia, & ignorabam, quoniam bonorum omnium mater est. Haec enim modestiam, & mansuetudinem comitem ducit. Mansuetudo nos diuini spiritus reddit capaces. Super humilem enim & mansuetum, gaudet requiescere, & simul atque septeno illo chrismate mentem nostram imbuerit, tum demum pullulascit felix illa leges virtutum omnium, cum fructibus illis beatitudinis, quorum precipuus gaudium internum, gaudium arcanum, gaudium solis ipsius cognitum. quibus contigit, quod denique cum mundi gaudijs nec euanescit, nec aufertur, sed cumulat in gaudium aeternum, Eam mi frater, & iuxta Iacobi monita, ardentissimi votis oportet a deo postulare, iuxta sapientem quendam e diuinae scripturae venis veluti thesauros effodere. Caput autem huius sapientiae, esse puta, ut remetipsum noris, quod verbum, e caelo profectum credidit antiquitas, & magnis authoribus usque

Sapientie  
mundi huius  
vniuersa  
si malissima  
ter est.

Sapientie  
Christi  
mundana  
differetia

Sapientia  
Christi vniuersa  
comparat.

Ps. ij.  
Sa. iij.

Prosb  
uer. lo

Sapi  
en. v.  
Iaco  
bi. iij.

Sapi  
en. vij

Iudit.  
ix.

Iaco. i  
Prosb  
uer. ij.



adeo placuit, vt in eo omnem sapientiæ vim, summam contine-  
 ner i iudicauerint, Sed leue pondus huius dogmatis, apud nos sit  
 nisi congruit cum literis nostris. Minatur sponsa suæ mysticus  
 ille amator in Canticis, ac foras abire iubet, nisi semet cognoue-  
 rit. Si ignoras te o pulchra inter mulieres, egredere, & abi post  
 vestigia gregum tuorum Proinde ne quiuis sibi temere rem tan-  
 tam arroget, vt ipsi sibi satis sit cognitus, Corpus suum haud  
 scio, an quisquam plenum norit, & mētis habitū cognoscat qui  
 libet? Paulus, cui contigerat, vel tertij cœli misteria discere, seme-  
 tipsum tñ non audebat iudicare, ausurus, vtiq; si sibi sat esset notus.  
 Si hō tam spiritalis, qui oīa diiudicat, iudicand⁹, a nemie sibi ad-  
 huc parum perspicuus erat, nos carnales quid confidimus? Por-  
 ro miles nimis inutilis videatur, cui neq; suæ copiæ, neq; hostiū  
 cohortes satis habeantur cognitæ. At homini non cum homine  
 verum secum ipsi bellum, est, atq; adeo ex ipsis visceribus hosti-  
 lis acies nobis vltro supullulat, quēadmodum de terrigenis fras-  
 tribus poetæ fabulantur. Vsq; adeo autem tenui discrimine, ab  
 hoste distat amicus, vt ingens periculum sit, ne parum cauti, vel  
 inimicum pro amico tueamur, vel amicum pro hoste lædamus,  
 Hæret etiam in angelo locus, dux ille egregius. Noster es iniqu⁹  
 ens aduersariorum? Ergo quoniam tecum ipse bellum suscept⁹  
 sti, & in hoc prima victoriæ spes sita est, si tute tibi sis q̄ maxime  
 cognitus, simulachrum quoddam tui tibi velut in tabula propo-  
 nam, vt quid intus, quid in cute sis, plane pernoscas.

De homine exteriorē & interiorē,

**E** St igitur homo prodigiosum quoddam animal, ex  
 duabus, tribusue partibus multo diuersissimis com-  
 pactum, ex anima, veluti numine quoddam, & corpore, tanq̄  
 muta pecude. Si quidē corpore vsq; adeo reliquo brutorū ge-  
 neris nō prestamus, vt oibus eius dotibus inueniamur inferiores  
 Secundū animam vero, adeo diuinitatis sumus capaces, vt ipsas  
 etiam angelicas mentes liceat præteruolare, & vnum cum deo  
 fieri. Si tibi corpus additum non fuisset, numen eras. si mēs ista  
 non fuisset indita, pecus eras. Has duas naturas tā inter se diuersas

Sapientie  
 caput seip-  
 sum nosse

ij. Co  
 rin. xij  
 ad co  
 ri. iij

.ij. ad  
 cori. ij

Hominis  
 diffinitio



las, summus ille opifex foelici concordia colligarat, at serpens pa-  
 eis inimicus, infœlici rursus discordia disseccuit, ut iam neque di-  
 queat, sine maximo cruciatu, neque cōiunctim viuere, sine assiduo  
 bello, planeque (quod dici solet) vtrūmq; in altero auribus lupū te-  
 net, possitque mutuo cōpetere, versiculus ille lepidissimus, nec tecū  
 possum viuere, nec sine te. Adeo perplexa seditioe inter sese tur-  
 multuantur veluti diuersa, quæ vnū sunt. Corporis em̄ ut est ipm̄  
 visibile, rebus visibilibus delectatur, ut est mortale, temporalia se-  
 quitur, ut est graue, deorsū sidit. Cōtra anīa generis etherēi me-  
 mor summa vi sursum nititur, & cū terrestri mole luctat̄, cōtē-  
 nit ea quæ videntur, scīi enim esse caduca, querit quæ vere, quæ  
 semp sunt, immortalis amat immortalia, cœlestis cœlestia, similis  
 similibus capit, nisi penitus fuerit corpis immerisa sordibus, atque a nas-  
 tiua generositate eius contagio degenerarit. Neque vero hanc dis-  
 cordiam, vel fabulosus ille Prometheus in seuit, admixta menti nos-  
 træ, de quoque animate pericula, neque primitiua conditio indidit,  
 sed peccatū quod bonū conditū erat, male deprauauit, inter bonū cōcor-  
 des, dissensionis virus serēs. Antea enim & mens corpori sine ne-  
 gotio imperabat, & corporis anīo lubēs volensque parabat, nūc cō-  
 tra perturbato rerum ordine, affectus corporis, rationi praeire cer-  
 tant, cogiturque illa in corporis sententiā, pedibus discedere. Qua-  
 re non absorde peccus hominis, cū seditiosa quapiam rep. cōponas  
 licebit, quāque ex varijs hominū gñibus cōstat, ppter dissensio-  
 nē studiorū, oportet crebris motibus, & factiōibus collidi, ni pe-  
 nes vnū sit imperij summa, isque sit eiusmodi, ut nihil imperet, nisi  
 si reip. salutaria, Quare necesse est, ut plures in ea valeat, qui plus  
 sapit, pareat qui minus. Nihil est autem infima plebe vecordius  
 eoque magistratibus obtemperare debet, nullū ipsa gerere magis-  
 tratum. Qui vero optimates sunt, aut natu maiores, audiendi  
 sunt illi quidem in consultatiōibus, at ita si statuendū arbitriū penes  
 vnū maneat regem, quem admoneri quidem oportet nunquā,  
 cogi vero aut praeiri non conuenit. Porro rex ipse nulli pareat,  
 nisi legi, lex respondet honestatis Ideæ, Quod si praeposte-  
 ris vicibus vulgus indomitum, & rex illa ciuitatis tumultuo-  
 sa, natu maioribus praeire contendit, aut si primates regis,

Promete-  
 us homi-  
 nis de ter-  
 ra finxit  
 cui omnis  
 anima  
 libere parti-  
 culam addi-  
 dit. Car-  
 nis rebel-  
 lis vnū or-  
 ta sit.  
 Respubli-  
 ca qualiter  
 constitui  
 debet.



imperium negligunt, cooritur in Repu. nostra periculosa seditio, & nisi diuina dictatura succurritur, ad extremam perniciem res ois spectat. In homine vero, ratio regis vice fungitur. Optimates accipias licet, affectus quosdam, corporeos quidem illos sed tamen non proinde brutos, quod genus sunt, genuina pietas erga parentes, charitas in fratres, beneuolentia in amicos, misericordia in afflictos, metus infami. Cupido honestae opinionis, & si quae sunt consimilia. Eos porro motus animorum, qui a rationis decretis quam maxime dissident, suntque infime ad pecorum humilitatem abiecti, plebs quasi ultimam fecem esse puta, cuiusmodi sunt libido, luxus, inuidia hisque consimiles animi morbi, qui ad vnum omnes, veluti serui sordidi, & improbi erga stulis sunt coercendi, ut si queat pensum, operamque a domino prescriptam praestant. Sin minus nihil certe damni det. Quae omnia Plato diuinitus intelligens, scripsit in Thimaeo filios deorum, ad sui similitudinem, duplex anime genus in homine fabricatos fuisse, alterum diuinum & immortale, alterum quasi mortale, & varijs perturbacionibus obnoxium, quarum prima sit voluptas, esca malorum (ut ait) proxima dolor. fuga, impedimentumque bonorum. Deinde metus atque audacia, consultores amantes. Quibus accidit & implacabilis iracundia. Preterea spes blanda, cum irrationabili sensu, amoreque omnium inuasore. Haec enim fermae verba Platonis. Nec ignorauit, in huiusmodi perturbacionibus coercendis, vitae beatitudinem consistere. Scribit enim eodem in opere eos qui ista superassent, iuste victuros, iniuste autem, qui ab his victi fuissent. Et diuinae quidem anime, id est rationi, tanquam regi in cerebro, velut in arce ciuitatis nostrae, sedem statuit. corporis videlicet parte editissima, caeloque proxima, tamen minime bruta, quippe quae & osse sit pertenui, neque nervis, neque carne onerata, sed sensibus intus, forisque longe munitissima, ut illis quasi renunciantibus nihil tumultus in Repu. cooriret, quod non potest ille presentisceret. At mortalis anime partes, id est affectus, ut quaeque rationi vel morigerata est, vel obstrepera, ita ab ea semouit. Nam inter ceruicem & diaphragma, partem animae constituit, fortitudinis atque irae partem, affectum videlicet, seditiosum quidem illum, & cohibendum at non perinde brutum, eoque mediocri interuallo, a summis imisque

Respu. cum  
homie con  
paratio.

Duplex  
ania iux  
ta Platonem.

Ratio.  
Ira.  
Concupiscentia.



sem dicit, ne vel nimia vacillitate regis ocium perturbet, vel infimæ plebis contagio corrupta simul in eum coniuret. Vix porro concupiscibilem, quæ esculenta, & poculenta appetit, quæ in Venetiam impellimur, porro infra precordia procul a regia, in iecur & alium relegauit, ut quasi ferum quoddam, & indomitum animal, illic ad præsepe habitaret, propterea quod ea violentissimos excitare motus consuevit, minimeque præsidis imperijs audiens esset. Huius infirma pars, quæ pecoria sit, quæque rebellis, vel illa pudenda corporis portio, in qua potissimum tyrannidem obtinet, documento potest esse que membris ex omnibus vna, frustra reclamante rege, obscans motibus, subinde rebellionem parat. Vidis nimirum ut hoc, superne diuinum animal homo, plene in pecudem desinat. At consultor ille diuinus, sublimi in arce præsidens memor originis suæ, nihil sordidum, nihil humile cogitat. Sceptro autem insignis eburno propterea quod nihil non rectum imperet, in cuius fastigio aquilam insidere scripserit Homerus, quod ad cœlestia subuolans, quæ humi sunt, aquilinis oculis despicit. Postremo aurea redimitus corona. Aurum enim in mysticis literis sapientiam fere significat, circulus autem perfectam, & omnibus numeris absolutam. Hæ sunt enim propriae regum dotes. Primum, ut quæ plurimum sapiant, ne quid peccent per errorem, tum uti quæ recta sunt, ea modo velint, ne quid contra animi iudicium perperam corrupteque faciant. Quarum altera qui careat, eum non regem, sed latronem existimato.

¶ De varietate affectuum,

¶ Noster autem rex propter æternam legem, sibi diuinitus insculptam opprimi, quidem potest, corrumpi non potest quin reclamet, quin reuocet. Cui si reliqua plebis parebit, nihil ille unquam neque poenitendum neque perniciosum committet, sed summa moderatione, summaque tranquillitate gerentur vniuersa. Ac de affectibus quidem Stoici, paripatheticique non nihil diuersa sentiunt, quantum illud conuenit inter omnes rationes viuendum non affectu, sed illis placet, ubi affectibus. qui a senibus proxime excitantur, tanquam pedagogis, usus ad iudicium, verumque discrimen expetendorum, fugiendorumque peruenis tum eos prorsus esse relinquendos. Iam nisi non solum utiles non esse, ad sapientiam, verum etiam perniciosos. Atque ob id perfectum illum sapientem

Ornatus regius.

Aurum sapientiam significat. Regum ac principum propria officia.

Sensus et affectus pedagogiam virtutem



sunt omnibus huiusmodi motibus, tanquam morbis animi, vacare  
 volunt, vixque humaniores quidam primos illos impet<sup>9</sup>, rationē  
 peruertens, sapienti concedunt, quas illi phantasias appellat. Et  
 peripathetici non extirpandos affectus, sed coercendos docent,  
 Esse enim nonnullū eorū vsum propterea quod hos a natura addi-  
 tos opinentur, vti quædā ad virtutē incitabula, atque exhortamē-  
 ta, sicuti fortitudini irā, industriæ inuidiam, & item de reliquis,  
 Socrates autē in Phedone Platonis, quum nihil aliud putat esse  
 philosophiā, quā mortis meditationē, hoc est, vt animus quantum  
 potest, abducat se se a reb<sup>9</sup> corporeis, & sensibilib<sup>9</sup>, transferatque  
 ad ea, quæ ratione, nō sensib<sup>9</sup> percipiunt, cū Stoicis nimirū sen-  
 tire videt. Oportet igitur primū omnes animi cognitos habere  
 mot<sup>9</sup>, deinde scire nullos esse tam violentos, quin a ratione, vel  
 compesci, vel ad virtutem deflecti queant. Audio enim vulgo hanc  
 pestiferam opinionē, vt se dicant ad vicia cogi. Alij contra impe-  
 riti sunt, motus huiusmodi, pro rationis dictamine sequunt, atque  
 adeo, quod suasis ira, aut inuidia, id zelum dei vocant. Atque vt  
 est alia res, alia fastidiosior, ita alios alio ad virtutem propensior  
 quæ differentia, nō ex animorum discrimine, sed vel ex influxu  
 cœlestiū corporū, vel pgenitorib<sup>9</sup>, vel ex educatiōe, vel ex ipso  
 corporis habitu proficiscitur. Non anilis est illa Socratis fabula,  
 de aurigis, & equis bonis ac malis videas enim nonnullos, ita  
 moderato ingenio natos, ita tractabiles ac faciles, vt sine vlllo ne-  
 gotio ad virtutem instituant, ac sine calcaribus vltro precurrant,  
 Alijs contra corpus rebelle, tanquam equū indomitū, & calcitrosū  
 contigisse, vt multum sudans domitor ille, vix tamē asperrimo  
 freno, vix fuste, calcaribusque subigat ferocientē. Qualis tibi for-  
 te obtigit, ne protinus abiicias animū, imo tanto acrius enitere,  
 sic existimas, nō tibi interclusā ad virtutē viā, sed vberiorē virtutis  
 materiā oblatā esse, Quod si bonā mentē nactus es, nō hoc pro-  
 tinus alio melior es, sed foelicior, at rursus ita foelicior, vt obli-  
 gator. Quamquam quis est ingenio vsque adeo foelici, vt non abūde  
 multa sint in quib<sup>9</sup> luctari oporteat? Ergo que maxie turbari sen-  
 tiet, hac quæ maxime aduigilet rex oportet. Sunt vicia quædam  
 poene gentilita, quemadmodum gentibus nonnullis perfidiam

Peripate-  
 ticorū ac  
 Stoicorū  
 differētia

Phīa quō  
 mortē me-  
 ditatio.

Ani om-  
 nis mot<sup>9</sup>  
 ratioe cō-  
 pesci pōt.

Animam  
 bonā siue  
 malā fors-  
 tit<sup>9</sup> qualē  
 se habere  
 debet.

Varię spe-  
 cies vicio-  
 rū tanquam  
 naturalium



aiunt esse familiarem, alijs luxū, alijs libidinem. Quædam corpis habitum comitantur, sicut sanguineos mulierositas, & voluptatum amor. Colericum ira ferocitas, maledicentia. Phlegmaticū inertia, somnolentia. Melancholicum inuidia, tristitia, amaritudo. Nonnulla cū ætate, aut remittunt, aut inualescunt, quemadmodū libido in iuuetate, itē p̄fusio, temeritas in senectate tenacitas, morositas, auaritia. Sunt & quæ sexui videantur adnata, vt in viro ferocitas, in muliere vanitas & vindictę cupido. Fit interim vt natura veluti paria faciēs, morbum animi dote quapiā diuersa compēset. Est hic quidē propensior ad voluptatem, sed neutri q̄ iracundus, neutiquam inuidus. Est alius incorrupta pudicitia sed elatior, sed iracundior, sed attentior ad rem. Neq̄ desunt, q̄ prodigijs quibusdā, ac fatalibus vicijs sollicitetur, furto, sacrilegio, homicidio, quibus quidem omni conatu obuiā est eundū cōtraq̄ eorū insultū, certi p̄positi, mur⁹ quidā aheneus obiciēdus. Ediuerso sunt nōnulli affectus, ita vicini & tutib⁹ vt piculū sit, ne ambiguo discrimie fallam⁹. Erūt hi corrigēdi, & ad p̄ximā virtutē cōmode d. flectēdi. Exēpli grā, est q̄spiā excādescētior, iniiciat aīo frenū, & erit alacrior erit erect⁹, minimeq̄ lāgul d⁹. Erit liber ac simplex, Est ali⁹ paulo tenacior, adhibeat rationē. & fuerit frugalis, Qui blandior est, fiet comis et cōmodus. Qui p̄fractus, constans, Qui tristior est, seuerus. Qui ineptior, morigerus, atq̄ ad eundē modū de reliquis anī leuioribus morbis. Hoc mō cauendū, ne naturæ viciū, virtutis noīe apellem⁹, tristitia grauitatem asperitatē seueritatē, inuidiā zelū, sordes frugalitatē, assentationē cōmitatē, scurrilitatem vrbانيتatem appellantes. Hæc igit̄ est vna ad beatitudinē via, primū, vt te noris. Deinde, vt ne qd pro affectib⁹ sed, oīa p̄ iudicio rōis agas. Sana sit aī, et sapiat ratio, hoc est tm̄ honesta spectet. At difficile est (inquies) quod præcipis. Quis negat? Atqui verū est illud apud Platonem adagium, quæ pulchra sunt, eadē esse difficilia. Nihil fortius, q̄ vt qs seipsum vincat, sed nullū maius præmiū, q̄ beatitudo. Præclare illud Hieronymus vt cætera oīa. Nihil Christiano foelicius, cui p̄mittit̄ regnū cœlorū. Nihil laboriosius, qui quidie de vita p̄clitat̄. Nihil fortius, q̄ vincit diabolū, Nihil imbecili⁹ qui a carne

Nature cō  
trarios fo  
lers com  
pensatio.

De deflec  
tendis vi  
cijs leuior  
ribus.

Sapientie  
gradus.

Via vera  
ad beatit  
udine se  
ip̄sū nosse

Christias  
no vt nis  
hil forti⁹  
ita nihil is  
becilius.



supatur. Si tuas ppēderis vires, nihil difficillio, q̄ carnē subigere spūi, si deū auxiliatorē respexeris, nihil facilius, Tu modo ingenti animo, perfectæ vitæ ppositū cōcipe. cōceptū vrge. Nihil vnq̄ vehementer impauit sibi hūanus anim⁹, qd' nō effecerit. Magna pars Christianismi est, toto pectore velle fieri Christianū Qd' aditu videbitur inexpugnabile, id fiet successu mollius, vsu facile. consuetudine demum etiam iucundum, Scitum est illud Heli odium, arduam initio esse virtutis viā, verū vbi ad cacumē erepseris. tutissimū ociū te manet. Nullū animal tam ferū, qd' nō mā suescat hūana cura, & animi domitoris omniū nulla erit domādī ratio? Vt corpore valeas, potes in annos aliquod imperare tibi vt abstemius sis, vt a Venere temperes, que præscripsit hō mēdicus, & vt omnem vitā tranquille trāsigas, nō potes vel mēses pauculos imperare affectibus, qd' cōditor præcipit de⁹. Vt corpus morbo subducas, omnia facis, vt corpus & animam ab æterna morte subtrahas, non illa facis, quæ fecerunt & ethnici?

¶ De homine interiore, & exteriorē. Et de duabus partibus hominis ex literis sacris.

¶ Pudet me pfecto Christianorū noie quorū maxia pars veluti muta pecora, seruit affectibus suis, adeoq̄ in hac dimicatione nō sunt exercitati, vt ne norint quidē ratiōis atq̄ pturbationū discrimē, Hoc tm̄ hominē esse putant, qd' vident, qd' sentiunt, Imo nihil esse putant, nisi qd' sensum cadat, quū nihil sit minus, Quicquid impense cupiunt, id rectum existimant. Pacē appellant, certam cōploratāq̄ seruitutē, dū obruta ratio, quocūq̄ vocat affectus, nihil renitens sequitur. Hæc pax est illa misera, quā Christi veræ pacis author, qui fecit vtraq̄ vnum, venit dirimere, bellū salutare excitaturus, inter patrē & filium, inter maritū & vxorē, inter ea quæ turpis concordia male conciliauit. lam vero phōrū leuis sit authoritas, nisi eadē oīa, tamen si verbis non iisdem, sacris in literis præcipiunt. Qd' philosophi ratiōē, id Paul⁹ mō spm̄ mō interiorē hominē, mō legē mētis vocat. Quid illi affectum, hic interim carnē, interim corp⁹ iterim exteriorē hominē, iterim legē membrorū appellat. Spūi inquit ambulate, & desideria carnis nō pficietis. Caro em̄ concupiscit aduersus spiritū, & spiritus

Christiani  
nō sola vo  
lūtas des  
est.

Nota.

Virtutis  
via ardua  
in princis  
pio.

Ani⁹ q̄  
liter do  
mandus.

Pax falsa  
quā deus  
odio habet

Pauli cum  
philosophis  
is cōcor  
dantia.

D

Math  
x.

ad gal  
vi.



aduersus carnem, vt non quaecumq; vultis, illa faciatis. Et alibi.  
 Quod si secundum carnē vixeritis, moriemini. Si spū facta carnis mortificaueritis, viuetis. Noua profecto rerum cōmutatio, vt in bello pax querat, in pace bellū, in morte vita, in vita mors, in seruitute libertas, in libertate seruitus. Scribit em̄ alibi Paulus Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Libertatē audi. Qd' si spū ducimini, nō estis sub lege, Et non internū cōcepim⁹ spiritū seruitutis in tiore, sed spm̄ adoptionis filiorū dei. Idē alibi Video aliā legē in mēbris meis, repugnantē legi mentis meae. & captiuantē me in lege pcti, que est in membris meis, Legis apud eundē, de exteriorē hoīe, & q' corrūpit, & interiorē, q' renouat de die in diē. Plato duas vno in hoīe animas cōstituit. Paul⁹ eodem in homine duos homies facit, adeo cōglutinatos, vt neuter sine altero, neq; in gloria, neq; gehenna, sit futurus, adeo rursus distinctos, vt vnius mors vita sit alteri⁹. Eodem opinor pertinet, quae scribit Corinthiis, Factus est primus hō in aniam viuente nouissimus Adā, in aiam viuificantē, Sed nō pri⁹ qd' spiritale est sed qd' aiāle, deinde qd' spiritale. Primus hō de terra terrenus, Secundus hō de caelo caelestis. Atq; vt euidenti⁹ eēt, ista nō solum ad Christum & Adam, sed ad nos omnes pertinere subiecit. Qualis terrenus tales & terreni, & qualis caelestis, tales & caelestes, igitur si portauim⁹ imaginē terreni, portemus & imaginē caelestis. Hoc autem dico fratres, qui caro & sanguis regnum dei nō possidebūt, neq; corruptio, incorruptelā possidebit, Vides liquere, qd' alibi carnē, & exteriorē, qui corrūpitur, hominē dixit, hic terrenum adam nominasse. Hoc ipsum nimirū est, & corp⁹ illud mortis, quo grauati⁹ exclamabat Paul⁹, Infelix ego hō, quis me liberabit de corpore mortis huius? Porro fructū lōge diuersissimū carnis, & spūs aperiens, alibi scripsit. Qui seminat (inquit) in carne sua, de carne & metet corruptionē, q' autem seminat in spū, de spū metet vitā aeternā. Hoc igit' illud est vetus dissidiū geminorū Iacob & Esau, qui & anteq' in lucē ederent, iam intra materni ventris claustra luctabant. At Esau quidem praecipit exortū, sed Iacob praeripuit benedictionē. Prius em̄ carnale, sed quod spiritale potius est. Alter erat rufus & pi⁹

Platonis  
 & Pauli  
 cōcordan  
 tia.

Oditū Iacobi  
 Et Esau.

Ad ro  
ma, vi  
ij.

I. Ad  
corin.  
ix.

ad gal  
v. Ad  
Ro.

vij.  
ij. ad  
corin.  
iij.

i. ad co  
ii. xv.

ad ro  
vij.

ad gal  
la. vi.

Ge. xv.  
&  
xxvi.

Gene.  
xxvij.

Ge.  
xxij.

ad I  
phel  
os. v.  
Ecc  
xlij.  
Ge.

Ge.  
vi.

Ge.  
xi.



lis obsitus, alter lenis. Alter inquietus, & venator. Alter domesticus gaudens ocio. Et ille quidem famelicus, ius vendidit primogenitorum, dum vili voluptatis authoramento illectus, a nativa libertate excidit, in seruitutem peccatorum, hic quod iure non debebatur, arte gratiae sibi vendicat. Inter hos fratres quanquam vterinos, quanquam gemellos, nunquam perfecta coit concordia, odit enim Esau Iacob, Iacob contra, & si non respondet odio mutuo, fugit tamen, suspectumque semper habet Esau, neque sese ille credit. Tibi quoque quicquid suaserit affectus, suspectum sit propter dubiam authoris fidem, Iacob solus vidit dominum, Esau ut sanguinarius, gladio viuit, Postremo dominus a matre consultus respondit, Maior seruiet minori. Pater vero adiecit, Fratri tuo seruiet. Tempusque veniet, cum excrucias & soluas iugum eius de cervicibus tuis. Dominus de pijs vaticinatur, pater de reprobis, ille quid ab omnibus oporteat fieri commonstrat, hic quod plerique facturi sint praedicat. Paulus vult mulierem subditam esse viro suo. Melior enim est iniquitas viri, quam mulier benefaciens. Eua nostra carnalis est affectus, cuius oculos callidus ille coluber quottdie sollicitat, Ea corrupta, pergit & uirum ad communionem mali sollicitare, Sed quid legis de muliere noua, i. ea quae viro suo morigerata est? Inimicitias ponam inter te (nempe serpentem) & mulierem, & semen tuum, & semen illius. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo illius. Deiectus est coluber in pectus impetum eius fregit mors Christi. Tantum calcaneo insidiat clancularius. Ceterum gratia fidei, tanquam in voraginem versata mulier, venenatum caput animosa conterit. Aucta est gratia, imminuta carnis tyrannis. Sara imminuta, authore deo, creuit Abrahamam iamque illa non maritum, sed dominum vocat. Neque prius tamen illa partum meretur, quam illi desissent muliebria, Quid vero tandem peperit domino suo Abrahamae, iam anus, iam effoeta? Nempe Isaac, i. gaudium. Simul atque in homine consenserunt affectus, tum demum exoritur foelix illa tranquillitas innocentis animi, & mentis securitas quasi iuge conuiuium. Et ut pater ipse non indulsit vxori, ita in liberis suspectam habet

D ij

Ge. x  
xxij.ad Es  
phes  
os. v.  
Eccle.  
xlij.  
Ge. ijGe. x  
vi j.Ge. x  
xi.Eua mys  
tica.Abraham  
auct<sup>9</sup> ras  
tio.  
Sakra mi  
nuta caro



Isaac cum  
Hismaele  
mystice.

collusionem Isaac cum Hismaele. In ea aetate non vult convenire filio ancillae, cum filio liberae. Dum adhuc feruet adolescentia, procul ab oculis ablegatur Hismael, ne subblandimenti specie puerum adhuc Isaac ad suos mores pelliceat, iam senuerat Abraham, iam anus erat Sara, iam ediderat Isaac, adhuc diffidit, nisi uxoris consilium, divinum oraculum comprobasset. Non est securus de muliere, donec audit a domino. Omnia quae dixerit tibi Sara audi vocem eius. O felicem senectam eorum, in quibus sic praemortuus est ille terrenus homo, ut nullum negotium exhibeat spiritui, Qui consensus, an per omnia perfectus homini contingat in hac vita, haud equidem affirmaverim. Fortasse ne expediat quidem Nam & Paulus

Pauli stis  
mulus ad  
quid nos  
bis pdest

auduit: Paule sufficit tibi gratia mea, nam virtus infirmitate perficitur. Novum profecto remedii genus. Paulus ne superbiret, tentatur a superbia, ut solidus sit in Christo, in se cogitur esse infirmus. Portabat enim thesaurum revelationum caelestium in vase fictili ut sublimitas esset virtutis dei, & non ex ipso. Quod unum exemplum Apostoli, multorum pariter nos admonet. Primum quum a vitiis sollicitamur, mox iteratis precibus implorandum esse auxiliium divinum. Deinde tentationes viris perfectis interdum non solum periculosas non esse, verum etiam ad custodiam virtutis necessarias. Postremo reliquis omnibus prodomis, solum inanis gloriae vitium in medijs etiam virtutibus insidiari, & hanc esse velut hydram illam Herculanam, monstrum viuarum, & suis vulneribus fecundum quod omnibus exanclatis laboribus, supremo fine vix demum queat confici. Verum labor omnia vincit improbus, interim dum vehementibus perturbationibus aestuat animus tu modis omnibus preme, vrge, immine, ac Proteum istum tuum, vinculis stringe tenacibus, dum omnia transformat sese in miracula rerum Ignemque horribilemque feram, fluviumque liquentem, donec in naturam speciem redeat. Quid autem tam Proteus, quam affectus et cupiditates stultorum quae quum eos nunc in beluinam libidine, nunc in iram ferinam, nunc in venenatam invidiam, nunc in alia atque alia victorum portenta trahunt, nonne pulchre quadrat, quod eruditissimus

Nota dlli  
genter.

Vana gloria  
hydri  
comparat.

Proteus.

Proteus se  
sualitatis  
typum gerit.

ij. ad  
Cori.

xij.

ij. Co  
ri. liij.



mus poeta dixit. Tum varie eludent species atq; ora ferarū, **Fi**  
 et enim subito sus horridus, atraq; tygris. Squamosusq; draco,  
 & fulua ceruice leana, Aut acrem flammæ sonitum dabit. Hic  
 vero memento quod sequitur. Sed quanto ille magis formas se  
 vertet in omnes. Tanto nate magis cōtende tenacia vincla. Imo  
 ne rursum ad fabulas reuoluamur poetarum, exemplo sancti  
 patriarchæ Jacob, luctamen nocturnum constanter vrge, do  
 nec illucescat aurora opis diuinæ, dicitq; , non dmittam te, nisi  
 benedixeris mihi. Quod autem virtutis suæ præmium tulerit.  
 fortissimus ille pallestrites, operæ precium est audire. Primū bes  
 nedixit ei in eodem loco. Semp enim post superatā tētationē p  
 cipuum quoddā auctariū diuinæ gratiæ adiicitur homini, qua sit  
 ad futurū hostis assultū multo quā fuerat munitior. Deinde tas  
 cto femore emarcuit neruus victoris, & cœpit altero claudicas  
 re pede. Execratur per os pphetæ de<sup>9</sup>, eos qui vtroq; claudicāt  
 pede. i. qui simul & in carne esse, & deo volunt placere, & dum  
 vtrunq; male conantur, in vtroq; claudicāt. Fœlices autem illi,  
 in quibus sic affectus carnis emortuus est, contingente deo, vt  
 dextro pedi potissimum. i. spiritui innitantur, Postremo nomen  
 ille cōmutatum. Ex Jacob enim fit israel. Ex luctatore quietus.  
 Vbi Castigaris carnem tuam, & eā crucifixeris cū vitijs & cōcu  
 piscentijs, nā nullo obstrepente, continget tibi trāquillitas & oci  
 um, vt vaces & videas dominum, vt gustes & videas quoniam  
 suavis est dominus. Hoc enim sonat Israel, Videat aut nō in igni,  
 non in turbine, ac tumultu tentationū, verū tempestatē diaboli,  
 si modo perseueraris, consequitur sibilus auræ tenuis consolatio  
 nis spiritualis, Ea simulatq; leniter aspirauerit, tum intēde acriter  
 internos oculos, & eris Israel, dicesq; cum eodem, Vidi domi  
 num, & salua facta est anima. Videbis eum qui dixit. Nō vide  
 bit me omnis caro. Excute te ipsum, si caro es non videbis domi  
 nū si non videris non saluabitur anima tua. Pura igit vt sis spūs.

Jacob lus  
stat<sup>9</sup> sum  
angelo.

Ex Jacob  
Israel.

Israel vis  
dens deū

¶ De tribus hominis partibus, spi  
ritu & anima, & carne,

¶ Erant hæc vel nimio plus satis, verum vt fias tibi paulo etiam  
perspectior atq; excussior, libet & Origenicā hominis sectionem  
D iij

Origenes  
q̄liter hos  
minē dicit  
sit.



breuiter referre. Is em̄ Paulum sequutus tres ptes facit, sp̄m, ani-  
 mam & carnē, q̄s oēs cōiunxit. Ap̄lus scribens Thessalonicēsi-  
 bus vt integer ( inquit ) corpus v̄m & anima, & sp̄s in die dñi  
 nostri Iesu Christi seruet. Esaias aut̄, om̄ssa parte infima, duarū  
 meminit. Aīa ( inquit ) me desyderabit te in nocte, sed & sp̄s meo  
 in precordijs meis de mane vigilabo ad te. Daniel item, Lauda-  
 te ( inquit ) sp̄s & animæ iustorū dominū. Quibus ex locis non  
 absurde colligit, triplicem hominis portionē, Corpus siue carnē  
 infimā nostri partem, cui p̄ geniale culpā legē inscripsit peccati,  
 serpens ille veterator, quaq̄ ad turpia prouocamur, ac victi dia-  
 bolo connectimur. Spiritum vero qua diuinæ naturæ similitu-  
 dinē exprimim⁹, in qua conditor optim⁹, de suæ mētis archety-  
 po æternā illam honesti legē isculpsit digito. i. sp̄s suo. Hac deo  
 conglutinamur, vnūq̄ cū eo efficiamur. Porro tertiā & inter ista  
 mediā aimā constituit, que sensuum ac motuū naturaliū sit cas-  
 pax. Ea velut in factiosa rep. non potest nō alterutri partium ac-  
 cedere. Hinc atq̄ hinc sollicitatur, liberū habet, vtro velit incli-  
 nare. Si carni renunciāns, ad sp̄it⁹ partes sese traduxerit, fiet &  
 ipsa spiritalis, sin ad carnis cupiditates semet abiecerit, degenera-  
 bit & ipsa in corpus. Hoc enim est, quod sensit Paulus scribens  
 Corinthijs. An nescitis, quoniam q̄ adheret meretrici, vnum cor  
 pus efficitur? Qui aut̄ adheret domino, vnus sp̄it⁹ est. Meretri-  
 cem lubricam hominis partem appellat. Hæc est illa illex & blan-  
 da mulier, de qua legis prouerbiorum capite secundo. Vt eruas  
 ris a muliere aliena, & ab extranea, quæ mollit sermones suos, &  
 relinquit ducem pubertatis suæ, & pacta dei sui oblita est. Inclis-  
 nata est enim ad mortem domus eius, & ad inferos semitæ ipsius.  
 Omnes qui ingredient̄ ad eam non reuertentur, nec apprehen-  
 dent semitas vitæ. Et capite sexto. Vt custodiant te a muliere ma-  
 la & a blanda lingua extraneæ, Non concupiscat pulchritudi-  
 nem eius cor tuum, ne captaris nutibus illius. Precium enim  
 scorti vix vnus est panis, mulier autem viri preciosam animam  
 rapit. Nonne quum de scorto, corde, & anima meminit, nos  
 minatim tres hominis partes expressit? Rursum capite nono.  
 Mulier stulta & clamosa, plenaque illecebris, & nihil omnino

Corporis  
cūditio.

Sp̄s na-  
tura.

Ania me-  
dia inter  
corp⁹ &  
sp̄itum.

i. ad  
Thes.  
v.

Esa. x  
xvi.  
Dantis  
el. iij.

i. ad  
corin.  
vi.





scilicet, Sedet in foribus domus suae sup sellam, in excelsis vrbis loco, ut vocaret transeuntes per viam, & gentes in itinere. Quis est paruulus declinet ad me. Et vecordi locuta est. Aquae turgidae dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Et ignorauit quod ibi sint gigantes, & in profundis inferni conuiae eius, Qui enim applicabit, illi, descendet ad inferos, Nam qui abscesserit ab ea saluabitur. Quae te quibus coloribus magis graue depingi fuscariue poterant vel venenatae carnis illicebrae ad turpitudinem sollicitantis animam, vel improbitas spiritus reclamantis, vel exitus in foelix superantis? Ergo spiritus deus nos reddit, Caro pecora, anima constituit homines. Spiritus pios, Caro impios, anima neutros. Spiritus qui rrit celestia, caro dulcia, anima necessaria, spiritus euehit in coelum Caro deprimat ad inferos. Anima nihil imputatur. Quicquid carnale, turpe est, Quicquid spirituale, perfectum, quicquid animale mediū & indifferens. Vis ne pinguiore (quod aiunt) Minerua tanquam digito tibi demonstrari, partium istarum discrimen. Equidem experiar. Vereris parentes. Amas fratrem. Amas liberos. Diligis amicum, Non tam virtutis est ista facere, quam sceleratum non facere. Quur enim non facias Christianus, quod naturae instinctu faciunt & gentes, imo quod faciunt & pecora? Quod naturae est, non imputatur ad meritum. Sed incidisti in eum locum, ut aut patris contemnenda pietas, vincenda charitas liberorum, beneuolentia negligenda amici, aut offendendus deus. Quid facis. In bito stat anima? Sollicitat hinc caro, illinc spiritus. Dicit spiritus. Potior est parente deus, illi corpus modo debes, huic omnia. Sugerit caro Nisi pares, exhaeredat te pater, vulgo diceris impius. Consule rei, consule famae deus aut non videt, aut conuiuet, aut certe facile placabitur. Iam haeret, iam nutat anima. Vtrocumque se flexerit hoc erit, quod est id, cui accesserit. Si contempto spiritu, meretricem carnem audierit, vnum corpus est, sin sprete carne ad spiritum erigatur, transfiguratur in spiritum. Ad hunc modum consuesce temetipsum solerter excutere. Ingens enim hominum error, qui non raro absolutam pietatem putant, quod est naturae. Imponunt incauis affectus quidam in speciem honestiores res, tot, & quasi virtutum laruis personati Sauius iudex in fontem,

Differen-  
tia.Carnis.  
Animae.  
Spiritus.Horatius  
Maxima  
psvatum  
decipimur  
ur specie  
recti.



Opa etiā  
bona qua  
cautela di  
scutenda  
sunt,

seuerus & incorruptus sibi videtur. Vis & hunc discuti: Si anō  
indulget suo, seruitq; rigori cuidā genuino, nullo animi dolore,  
nonnulla fortassis cū voluptate, nihil tamen a iudicis officio di  
uaricans, ne sibi protinus placeat. Mediū est quod facit. Quod  
si lege vel ad odiū priuatum, vel ad cupiditatem abutiū, iam car  
nale est quod gerit, homicidium committit, sin ingentem animo  
percipit dolorem, quod eū cogitur perdere, quē mallet emēdas  
tū & incolumē, & poenā commertam irrogat eo pectoris sen  
su, quo pater filium charissimū secari vricq; iubet, ita demū spīrita  
le erit, quod agit, Pleriq; propensione naturæ atq; ingenij, pro  
prietate, rebus nonnullis vel gaudent vel abhorrent, Sunt quos  
nihil titillet Venerea voluptas. Ne protinus sibi ad virtutem ar  
rogent, quod est indifferens. Non carere libidine, sed vincere li  
bidinem virtutis est. Alius gaudet ieiunare, gaudet adesse sacris,  
gaudet frequens esse in templis, gaudet q̄ plurimum psalmorū  
dicere, sed in spiritu, Exige ad hanc regulam quod facit, Si ad fa  
mam, si ad emolumentum spectat, carnem sapit non spiritum, Si  
tantum ingenio indulget suo, facit enim quod animo lubet, non  
habet quod sibi magnopere placeat, imo quod timeat habet, En  
tibi periculum. Oras & non orantem iudicas. Ieiunas, & fratrem  
manducantem condemnas, Quisquis non facit, quod tu, eo te  
meliozem iudicas? Vide ne ad carnem pertineat ieiunium tuum  
Eget frater ope tua, tu interim periculis tuis deo obmurmuras,  
fratris egestatem dissimulans, auersabitur istas preces deus. Quo  
mō enim te orantem audiet deus, quum tu non audias homo ho  
minem? Accipe & illud. Amas vxorem, hoc tantum nomine,  
quod vxor est, Nihil magni facis, Nam istud quidem est tibi cū  
ethnicis commune. At amas, non ob aliud, nisi quia tibi volup  
tati est. Ad carnem tendit amor tuus. Sed amas ob hoc potissimū.  
quod in ea perspexeris imaginem Christi, puta pietatem, mode  
stiam, sobrietatem, pudicitiam, iamq; non illā in ipsa, sed in Chri  
sto, imo ea Christum amas, ita demum spīritualiter amas. Verū  
his de rebus plura, sed suo loco.

¶ Regulæ quaedam generales veri Christianismi.  
¶ Nūc quoniā ad id, quod propositū est, vtcūq; viam aperuiss



se, & quasi syluam quandam cōparasse videmur, ad reliqua p̄  
 perandum, ne non Enchiridion, sed ingens fiat volumen, Cona  
 bimur autem breuiter regulas quasdam, quasi nexus quosdā pa  
 lestricos tradere, quarū ductu, tanquā fili Dedalei facile queas  
 e mūdi huius erroribus, velut e labyrintho quodā inextricabili  
 emergere, atq; ad puram lucem vitæ spiritualis pertingere. Nul  
 li disciplinæ sui canones desunt, & sola, beate viuendi, nullis præ  
 ceptis adiuuabitur. Est autem omnino virtutis ars quædam &  
 disciplinæ, in qua qui se grauiter exercent, ijs deniq; aspirat ille  
 sanctorum conatu prouector spiritus. Qui vero dicunt, rece  
 de a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus, hos reijciat mise  
 ricordia diuina propterea quod ipsi reiecerunt scientiam. Sumē  
 tur autem hi canones, partim a p̄sona dei, diaboli, & nostra, Pars  
 tim a rebus .i. virtutibus ac vicijs, & quæ sunt his coniuncta,  
 Partim a materia virtutum & viciorum. Conducent, potissimū  
 aduersus tria mala, reliquias culpæ genitalis. Nā & si labē abster  
 sit baptismus, tamen hæret adhuc quiddam veteris morbi, relic  
 tum in nobis, tum ad custodiā humilitatis, tum materiā segetē  
 q; virtutis. Ea sunt cæcitas, caro, & infirmitas. Cæcitas ignorā  
 tiæ nebula, rationis obscurat iudiciū. Lumen enim illud purissi  
 mum diuini vultus quod conditor infuderat super nos, quū nō  
 nihil offuscavit culpa primorū parentum, tum corrupta educa  
 tio improbus conuictus peruersi affectus, viciorum tenebrę, cō  
 suetudo peccandi, tanta obduxit rubigine, vt diuinitus insculps  
 tæ legis vix vestigia quædam appareant. Ergo (vt cœperā) cæ  
 citas facit vt in delectu rerum fere cæcutiam us pro optimis pes  
 sima sequentes, potiora minus vtilibus posthabentes. Caro soli  
 citat affectum, vt etiam si quid sit optimū intelligamus, diuersa ta  
 men amemus. Infirmitas facit, vt virtutem semel arreptā vel tæ  
 dio, vel tentatione victi, deseramus. Cæcitas officit iudicio. Caro  
 deprauat voluntatem, Infirmitas frangit cōstātiā. Primum  
 igitur est, vt fugienda dignoscas ab expetendis, atq; ideo tollen  
 da cæcitas, ne in rerū delectu hallucinemur. Proximum vt mas  
 lum cognitum oderis, bonū ames, & in hoc vincēda caro, ne cō  
 tra mentis iudiciū dulcia p̄ salutaribus amem⁹. Tertiū vt in bñ  
 E

Ars bene  
viuendi.

Fomes  
ad qd no  
bis relict⁹  
sit.

Tria præ  
cipua hos  
minū ma  
la.

Cæcitas.

Caro.

Infirmitas.

Intelliges  
re.  
Velle.  
Perseuera  
re.



coeptis perseueres, atq; iccirco fulcienda infirmitas, ne turpius  
virtutis viam deseramus, q̄ fueramus non ingressuri. Ignoran-  
tia medendum, vt videas qua sit eundum. Caro domanda, ne a  
cognita via seducat in deuia, Infirmitas animanda, ne viam ar-  
tam ingressus, vel vacilles, vel resistas, vel nescias neue se-  
mel aratro manum admolitus, respicias, sed exultes vt gygas ad  
currendam viam semper in ea qua sunt ante temet extendens,  
eorum qua retro sunt oblitus, donec apprehendas brauium &  
coronam promissam perseuerantibus. Ad haec itaq; tria Cano-  
nes quasdam pro nostra virili accommodabimus.

Luce.  
ix.  
Ps. xxiij.  
Phil.  
iij.

¶ Contra malum ignorantiae  
Canon primus.

Scriptur  
diuis fir-  
miter cre-  
dendum.

Ne festina-  
ueris. Si  
no contis-  
tue pces  
tue exaus-  
diunt. aut  
aliud qd  
da tradat  
a deo p  
missum si  
ue praedi-  
ctum.

¶ Quoniam vero fides vnica est ad Christum ianua, primam  
oportebit esse regulam, vt de ipso, atq; illius spiritu traditis scrip-  
turis qua optime sentias, Credasq; non oretenus, non frigide,  
non oscitanter, non haesitanter, quemadmodum vulgus facit.  
Christianorum, sed toto pectore, penitus infixum, immotum  
q; sedeat, ne vnum quidem in eis Iota contineri, quod non magis  
noperere ad tuam salutem pertineat. Nihil quicquam te moueat,  
qd bonam hominum partem, sic vides viuere, quasi coelum, &  
inferi, fabulae quapiam essent aniles, terricula, aut illectamenta  
puerorum. Tu vero credens, ne festinaueris. Et si ad vnū vnus  
uersus insaniat mundus, vertantur elementa, desciscant angeli,  
non potest mentiri veritas, non potest non euenire, quod de-  
us euenturum esse praedixit, Si deum esse credis veracem cre-  
das oportet. Sic prorsus habeto, nihil tam verum esse, nihil tam  
certum atque indubitatum eorum, qua auribus hauris, ocu-  
lis coram intueris, manibus tenes. quam qua legis in his literis,  
quas coeleste numen. i. veritas inspirauit, sancti prophetae pro-  
diderunt, tot martyrum sanguis comprobauit, quibus tot iam  
saeculis piorum hominum consensus subscripsit, quas Christus  
ipse in carne, & sermone tradidit, & moribus expressit, testan-  
tur miracula, confitentur & demones, adeoq; credunt, vt & q̄



tremiscant. Denique quæ sic consentaneæ sunt æquitati naturæ,  
 Iaco ij quæ sic inter se constant, sic rapiunt attentos, sic mouent atque  
 transformant. Si hæc tanta argumenta in eas solas comperunt,  
 quæ malum vesania est, in fide hæsitare? Vel præteritis futuro  
 rum coniecturam facito. Quanta, quæ incredibilia dictu de Chri  
 sto prædixerant prophetae. Quid horum non euenit? Qui in  
 illis non fefellit, in alijs fallit? Postremo non mentiti sunt pro  
 phetae, & mentietur Christus prophetarum dominus? His at  
 que huiusmodi cogitationibus, si subinde flammam excitaris fi  
 dei, tum ardentem rogaueris deum, ut adaugeat tibi fidem. mi  
 rabor, si diu malus esse poteris. Quis enim usque adeo scelestus,  
 ut non resiliat a vicijs, si modo penitus credat, momentaneis his  
 voluptatibus, præter infelicem illum consciæ mentis cruciatum,  
 Math æternos quoque emi cruciatus? Pius contra pro temporaria ac le  
 ui vexaciuncula, centuplum gaudium puræ conscientia ac vitæ  
 denique reddi immortalem?

Fides v̄a  
 non patit̄  
 hominem  
 esse malū

### ¶ Canon Secundus.

¶ Primum igitur esto, nihil hæsitare de promissis diuinis  
 proximum autem, ut viam salutis, non contanter, non timide,  
 de, sed certo proposito, toto pectore, animo fidenti atque ( ut  
 ita dixerim ) gladiatorio captes, paratus vel rei, vel vitæ dispens  
 dium pro Christo subire. Piger vult & non vult. Non osci  
 tantibus contingit regnum cælorum, sed plane vim pati gau  
 det, & violenti rapiunt illud. Huc festinantem, non te charo  
 rum affectus retardet, non reuocent illecebræ mundi, non res  
 morentur curæ domesticæ. Incidenda est seecularium negotio  
 rum cathena, quando quidem explicari non potest. Sic dese  
 renda Aegyptus, ne quando redeas animo ad ollas carniū. Aegypt⁹  
 deicreda.  
 Raptim ac semel tota deferenda Zodoma, non est fas respice  
 re. Respexit mulier, & versa est in simulachrum saxeam. Vi  
 ro non vacat, vlla vsquam in regione morari, sed iubetur pro  
 sperare in montem, nisi malit perire, Clamat propheta, ut  
 E ij



Babylon fugiamus de medio Babylonis, exitus ab Aegypto fuga vocat Hiero  
E Babylone fugere iubemur, non sensim atq; contanter emigra li.  
re. Videas plerosq; conperendinantes, & cōsimilis nimium len-  
tis molientis fugam viciorum. Vbi his me curis inquirunt extris  
cauero, vbi illud atq; illud negotij cōfecero. Stulte, qd si hodie  
a te repetant animam tuā? An nescis negotium e negotio fieri,  
viciū uicio inuitari. Quin hodie potius facis, quod quo matu- Luce.  
rius feceris, hoc factu fuerit facilius. Alibi diligens esto, hic vti- xij.  
lissima precipitatio. Ne reputa, ne pensulare, quantū relinquo,  
certus Christum vnū tibi satis futurū p omnibus. Aude mō te  
illi toto pectore credere. Aude tibi diffidere, aude omnem tui cu-  
ram in illum transferre. Desine inniti tibi, & plena fiducia abijce  
te in eum, & excipiet te. Iacta cogitatum tuum in domino & ipse  
te enutriet, vt canas illud eiusdem prophetae. Dñs regit me & ni-  
hil mihi deerit, in loco pascuae, ibi me collocauit. Super aquā re- Ps. lli  
fectionis educauit me, animā meā conuertit. Ne velis temetipsū ij.  
partiri duobus mundo et Christo. Non potes duobus dominis Ps. xij  
seruire Nulla societas deo cum Belial. Non fert eos qui vtroq; xij.  
genu claudicant. Euomit eos, qui neq; frigidī sunt, neq; calidī, Math  
sed tepidī, Nimisq; zelotipus animarum amator deus est, solus vi.  
ac totum possidere vult, quod sanguine suo redemit, Non patit ij. Res  
consortium diaboli, quē semel morte deuicit sua. Due tantū viae gum.  
sunt, altera quae per obsequiū affectuum ducit in exitium, altera viij.  
quae per mortificationem carnis ducit ad vitā. Quid tecū heres? ij. Co  
Tertia nulla est. Harū alteram velis nolis adeas oportet. Quis ri. vi.  
quis es, haec arcta tibi ineunda semita est, per quam pauci mor- Apo.  
talium ambulat. Sed hanc ipse calcauit Christus, calcarunt ab ij.  
orbe condito, quicūq; deo placuerunt. Haec est pfectio Adra-  
numinis ineuitabilis necessitas, Cum Christo, mundo crucifiga-  
ris necesse est, si voles cum Christo viuere. Quid inepti nobis ip-  
sis blandimur? Quid tanta in re nobis ipsis imponimus? Hic di-  
cit non sum clericus. Mundanus sum. Non possum non vti mū-  
do, Alius cogitat, & si sacerdos sum, monachus non sum, vide-  
rit ille. Inuenit & monachus, q sibi palpef Nō tñ inqt monachus  
sum, q; illi aut illi, Alius dicit, Adolescens sum, generosus, diues,  
etiam,

Deus Ze-  
lotypus  
amator.

Per Adra-  
sti numē i-  
teligo. cui  
ille primus  
arā posu-  
it. Est aus-  
tē remūes-  
ratrix bo-  
norum et  
malorū a-  
deo ptiar  
vt si etiā  
lēta venis  
at nihil ta-  
mē multū  
patia aut  
irremne-  
ratū Cēs-  
terū de fa-  
to Adra-  
sti legebo  
etiam,



aulicus, denique princeps, Ad me nihil attinet, quæ dicta sunt apostolis, Miser, ergo ad te nihil attinet, ut viuas in Christo. Si in mundo es, in Christo non es. Si mundum appellas coelum, terram mare & hunc communem aerem, nemo non est in mundo, sine ambitionem, delicias, cupiditatem, libidinem, mundum dicis, profecto si mundanus es, Christianus non es. Omnibus dixit Christus, qui crucem suam non tolleret, ac sua vestigia sequeretur, non esse dignum, Mori carni cum Christo, nihil ad te, si vivere illi spiritu nihil ad te pertinet. Crucifigi mundo nihil ad te, si vivere deo nihil ad te. Consepeliri cum Christo nihil ad te, si surgere in gloriam nihil ad te, Christi humilitas, paupertas, tribulatio, contemptus, labores agones, dolores, nihil a te, si regnum illius nihil ad te. Quid autem improbius, quam premiū tibi cum alijs commune ducere, aut labores quibus paratur premiū, in paucos quosdam reijcere. Quid autem delicatius, quam cum capite conregnare velle, quo quā nolis compati. Noli igitur mi frater circumspicere, quid alij faciant, & eorum collatione tibi blandiri, Ardua quaedam, & paucissimis etiam monachis cognita est, mori peccato, mori desiderijs carnalibus mori mundo. Et hæc est communis omnium Christianorum professio. Hoc iam olim in Baptismo deierasti Quo voto, quid possit accidere sanctius, aut religiosius? Aut pereundū, aut sine exceptione hac via grassandum ad salutem, siue reges, siue inopes erimus coloni. Quod si non omnibus contingit ad perfectam imitationem capitis pertingere, omnibus tamen huc manibus pedibusque est enitendum bonam Christianismi partem habet, qui certo animo decreuit fieri Christianus.

¶ Canon tertius.

Verū ne te illud a virtutis via deterreat, quod aspera videatur ac tristis, tū quod comoditatibus mundi sit renunciandū, tū quod iugiter colligere oporteat, cum tribus improbissimis hostibus, carne, diabolo, & mundo, hanc tertiam regulam tibi proponito, Vniuersa terricula & phantasmata, quæ tibi statim velut in ipsis auerni faucibus occurrūt, pro nihilo ducenda esse, exemplo Aeneæ, Virgiliani Quod si ludibrijs inanibus contemptis rem ipsam pressis fixiusque inspexeris, profecto videbis. Christi via, præterquam quod sola ducit

E iij

Mūd⁹ qd

Mori peccato paucissimi sciunt Christianorum professio.

Luce.  
ix.



Chri via  
alijs colla  
ta oib9 p  
sta.  
Aulicæ  
vitæ incō  
moda.

ad foelicitatem, etiā omisso præmiij respectu, nullā tamē aliā esse  
commodiorē Quod enim (queso te) vitæ genus iuxta mūdū tibi  
deliges, in quo non sint abunde multa tristia atq; aspera sub  
eunda tolerandaq;. Aulicā vitā quis nescit esse erumnarum ple  
nam, nisi vel inexpertus, vel certe stultissimus. Deū immortalē  
que illic, q̄ diutina q̄ indigna seruit<sup>9</sup> perferenda, quanta sollicitu  
dine ambienda principis gratia, Eblandiendus fauor eorū, qui  
vel nocere possunt, vel prodesse. Fingendī vultus subinde no  
ui, Mussitanda iniuria potentiorum, Porro aut quod tandē ma  
li genus, quo non sit referta militia? Vtriusq; reitu testis esse op  
timus potes, qui vtrumq; tuo periculo didicisti Iā vero qd vel  
non facit, vel patitur mercator. Per mare pauperiem fugiēs, per  
saxa per ignes. In coniugio, quanta moles curarū familiarū, q̄  
non ibi miserā vidēt qui experiūtur. In publicis obeūdis mūe  
ribus, quantū sollicitudinīs, quantū laboris, quantū piculi. Quo  
quo versum flexeris oculis, ingens turba incommodorum oc  
curret, ipsa per vitā mortalium mille erumnis obnoxia est: quæ  
sunt improbis cum probiscōmunes, Eæ omnes tibi cesserint in  
cumulum meritorum, si te deprehenderit in via Christi, sin mi  
nus, quom maiore molestia, tum nullo fructu, ferendæ tamen  
Qui mundo militant, primum q̄ multos annos anhelant, sudāt,  
tumultuantur: Deinde pro q̄ caducis nihilicq; rebus. Postremo  
q̄ ancipiti spe Adde quod illic adeo nullus est miseriarum finis  
vt quo laboratū est diutius, hoc labore molesti<sup>9</sup>. Finis deniq;  
tam anxie atq; laboriosæ vitæ qui tandem? Nempe cruciatus  
æternus. I nunc & cū hac vita compone viā virtutis, quæ statim  
desinit esse aspera, sit progressu mollior, sit iucūda, p quā certissi  
ma spe itur ad summum bonū Nōne extremæ dementiæ sit, mal  
le pari labore parare mortē eternam, q̄ vitam immortalem? At  
isti faciunt vel hoc insanius, qui prælegunt summis laboribus ire  
ad labores phennes, q̄ mediocrib<sup>9</sup> ad ociū immortale. Ad hac  
si maxime laboriosior esset pietatis via quam mundi, tamen hic  
laboris asperitas præmiij spe lenitur, nec deest vnctio diuina,  
quæ facit vt omne fel in mel vertatur. Illic cura curam trahit,  
dolor ex dolore nascitur, Nec mora, nec requies. Foris labor



& afflictio: intus grauior egritudo. Ipsa lenimenta exasperant  
 Hæc ita habere: nec gentiles quidem poetas fugit: qui per Titij  
 Ixionis: Tantali: Syphi: Pentheicq; supplicium: improborū ho-  
 minum erumnosam vitā adūbrāt. Quorū est & illa særa in libro  
 sapienciæ cōfessio: Lassati sumus in vita iniquitatis: & pditionis  
 ambulauimus vias difficiles: viā autē domini ignorauim⁹. Quid  
 Aegypta seruitute vel foedius vel laboriosius? Quid Babylo-  
 nia captiuitate tristius? Quid iugo Pharaonis & Nabugodono-  
 for intolerabilius: Christus autem qui dicit: Tollite iugū meū  
 super vos: & inuenietis requiē animab⁹ vestris: iugū eī meū  
 suaue est: & onus meū leue. In summa nulla deest voluptas: vbi  
 adest tranquilla cōscientia. Nulla nō adest miseria vbi cruciat in-  
 foelix conscientia, Hæc iā plusq; certa esse oportet. Quod si etiā  
 dubitas: cōsule eos qui aliquando de medio Babylonis conuersi  
 sunt ad dominum: & vel illorum experimento crede: nihil esse  
 vitijs turbulentī⁹ tristiusq;: nihil virtute expedici⁹ atq; hilarius.  
 Verum age: fingito paria stipendia: pares labores: at quāto tñ  
 optabilius militare sub signis Christi: quā sub vexillis diaboli:  
 Immo quanto optabilius affligi cum Christo: q̄ delicijs afflue-  
 re cum diabolo: iam vero non erit velis & equis fugiendus do-  
 minus, non tantum turpissimus: verum etiam durissimus &  
 fallacissimus: qui tam iniquum pensum exigit: qui tam futilia  
 promittit: quibus ipsis non raro frustratur miseros. Aut si p̄stat  
 rursus vbi lubitum est tollit vt maiore egritudine amittāt parta  
 q̄ labore pepererint, Mercator posteaquā falsq; nefasq; cumu-  
 lādæ rei studio mistuit: famā: vitā: animam mille piculis obiecit:  
 si quidem bene ceciderit fortunæ alea: quid tandem aliud sibi pa-  
 rauit: q̄ miseræ sollicitudinis materiam: vt seruet cruciatū: si per-  
 dat: Sin male: quid reliquum est nisi vt bis fiat miser: & quod res-  
 sperata frustratus est, & quod tantum irriti laboris exhaustum  
 non sine dolore meminit: Nemo ad bonam mētem certo animo  
 contendit: qui non peruenerit. Christus ut non irridetur: ita  
 nec irridet. Cognita & illud: quum a mundo fugis ad Christū,  
 non te relinquere, si qua commoda mundus habet: sed leuiora  
 cum potioribus commutare. Quis non oppido lubens argens

Ixion p̄sse  
 die Titij  
 libidis, tā  
 tal⁹ auari-  
 tiaz Pēthe-  
 us sup̄bie  
 Syphius  
 latrocinij  
 pœnas lu-  
 unt apud  
 poetas.

Sa. v.

Math  
xi.



Confutatio  
argu-  
mentorū  
mūdi cō-  
tra ple vi-  
ucates.

tum auro, silicem gemma commutauerit. Offenduntur amici, quid tum, inuenies iucundiores. Carebis voluptatibus, sed frue-  
ris internis, quæ sunt vel suauiores, vel synceriores, vel certiores  
Minuenda, res: ac crescunt opes ille, quas neq; tineæ demoluntur, neq; tollunt fures. Desinis esse in precio apud mundum. At  
probaris auctore Christo, places paucioribus, sed melioribus, macrescit corpus, sed saginatur animus. Marcessit nitor cutis, sed enitescit decus animi. At si per cætera eodem modo cucurreris, intelliges nihil vel falsi boni relinqui mundo, quod non longe præstantiore compendio compensetur, Quid si qua sunt, quæ quanquã non possunt non vitiose desyderari, sine vicio tamen possideri possunt, quod genus, opinio popularis, fauor vulgi, gratia, autoritas amici, honos virtuti habitus, fere fit, vt primum querentibus regnum dei, vltra hæc omnia adijciantur, id quod & promisit Christus, & deus præstitit Solomoni, Fortuna plerumq; sequitur fugientes, fugit sequentes. Certe quicquid acciderit diligentibus, nihil non esse prosperum potest, quibus dispendia in compendium, flagella in solatium, opprobria in gloriam, cruciatus in voluptatem, tristitia in dulcia, mala vertuntur in bona. Hanc igitur viam dubitas capeffere, & illam relinquere, quum tam iniqua sit collatio, imo tam nulla, dei ad diabolum spei ad spem, premij ad præmium, laboris ad laborem, solarij ad solatium.

¶ Canon quartus.

Christus  
Scop⁹ nr

Sed vt cerciore cursu queas ad fœlicitatem contendere, hæc tibi quarta sit regula, vt totius vitæ Christum velut vnicum scopū præfigas, ad quem vnum omnia studia, omnes conatus, omne ocium atq; negotium conferas. Christum vero esse puta, nō vocem inanem, se nihil aliud, q̄ charitatem, simplicitatē, paciētiā, puritatem, breuiter quicquid ille docuit. Diabolū nihil aliud intellige, q̄ quicquid ab illis auocat. Ad Christum tendit, qui ad solam virtutem fertur. Diabolus se mancipat, qui seruit vicijs, Simplex ergo sit oculus tuus & totum corpus tuum lucidum erit. Ad solum Christum, tanquam vt vnicum & summum bonum spectet, vt nihil ames, nihil mireris, nihil experas, nisi aut Christi



stum aut propter Christum, Nihil oderis, nihil horreas, nihil fugias, præter vnam turpitudinem, aut propter turpitudinem. Ita fiet, vt quicquid egeris, siue dormias, siue vigilas, siue edas aut bibas, ipsi neq; lusus tui, & ocia, dicã audacius. imo & vicia quædam leuiora, in quæ nonnunq; ad virtutẽ properãtes incidim<sup>9</sup> omnia tibi cedant in cumulũ præmij, Quod si nequam erit oculus tuus, & alio q̃ ad Christum spectaris, etiam si quæ recta feceris, infrugifera fuerint, aut pernitiõsa, viciũ enim est, rem bonã non bene agere, Tum ad summi boni metã recta festinanti, quæcunq; obiter occurrunt, eatenus sunt, aut reijcienda, aut assumenda, quatenus cursum tuũ aut adiuuant, aut impediunt, Earum rerum ferme triplex est ordo. Quædam enim ita sunt turpia, vt honesta esse non possunt, vt vlcisci iniuriã, male velle homi. Hæc semper sunt spernẽda, quãtõuis etiam emolumẽto pposito, aut cruciatu. Nihil enim est, qd' bonũ virũ queat lædere præter vnã turpitudinem. Quædam e regione ita sunt honesta, vt turpia eẽ non possint. Quod genus sunt, bene velle omnibus, iuuare honestis rationibus amicos, odisse vicio, gaudere pijs sermonibus, Quædam vero media, veluti valetudo, forma, vires, facundia, eruditio, & his similia. Ex hoc igitur postremo genere rerũ, nihil propter se expetendum, neq; magis minusue adhibenda sũt, nisi quatenus conducũt in summã metã Sunt em̃ & philosophis quidã fines impecti ac mediũ, in quibus nõ oporteat consistere, quibusq; conueniat vti, non frui. Verũ quæ media sunt, nõ eodẽ mō omnia, aut cõferunt, aut officiant ad Christum euntib<sup>9</sup>. Pro inde pro momento quod habent, sunt assumenda, aut repudianda. Scientia plus adfert adiumentũ ad pietatẽ q̃ forma, aut vires corporis, aut opes. Et quãq; omnis eruditio potest ad Christum referri, alia tamen alia priore via conducit. Ab hoc sine, mediõrum omnium vtilitatem aut inutilitatem metire. Literas amas, Recte. Si propter Christum, Sin ideo tantum amas, vt scias, ibi consistis, vnde gradum facere oportebat, Quod si literas expetis, vt illis adiutus Christum in arcanis literis latentem latius p̃cipias, perspectũ, ames, cognitũ atq; amatum cõmunicas, aut fruaris, accingere ad studia litterarum. Verũ non vltra q̃ ad bonam

Rerũ dis  
ferẽtia tri  
plex.

Sc̃etlapri  
mũ locũ  
habzinter  
media.

F



Gētiliū li  
teræ q̄tes  
nus legēs  
dæ.

mentem arbitrere profuturas. Si tibi confidis, & ingēs in Chro  
lucrū speras, p̄ge tanq̄ audax mercator, longius etiā in gētilium  
literis peregrinari, atq̄ Aegyptias opes ad dominici templi hōe  
stamentū cōuētere. Sin metuis plus dispendij, q̄ speras cōpen  
dij, ad primā illam regulā redi, nosce teipsum, & tuo te modulo  
metire. Satis est minus sapere, & amare magis, q̄ magis sapere,  
& nō amare, Ergo scientia in medijs principatū obtinet deinde  
sunt valetudo, dotes ingenij, faciūdia, forma, vires, dignitas, grā,  
authoritas, p̄speritas, fama, genus, amici, res familiaris. Horum  
vnumquodq̄, vt proximo cursu ad virtutem cōducat, ita maxi  
me erit adhibendum, sed si quidem currētib⁹ nobis offerant, sin  
minus, nō erit tamen horum gratia a p̄posito cursu deflectendū

Pecunia  
q̄liter vtē  
dum.

Obuenit pecunia, si nihil obstat ad bonam mentem, administra  
para tibi amicos de mammona iniquitatis. Sin bonæ mentis t̄s  
mes dispendium, contemne damnosum lucrū, vel Craten illum

Crates  
aurum in  
mare pro  
iecit.

Thebanū imitare, molestam sarcinā in mare potius præcipita, q̄  
te retardet a Christo, Id erit tibi factu procliuus, si quemadmo  
dum diximus assueris nihil mirari eorū quæ sunt extra te. i. quæ  
nō pertinent ad hominē interiorē, Ita em̄ fiet, vt neq̄ insolescas, si  
hæc contigerint, neq̄ discrutieris animo, si vel negata fuerint, vt  
erepta, quippe qui foelicitatē tuam vno Christo metiris Quod  
si citra tuū studium contingunt, sollicitior esto, nō securior, id co  
gitans datā tibi diuinitus virtutis exercēdæ materiā, sed piculo  
sam. Quod si suspectam habes fortunæ benignitatem. Promes

Pandore  
pixis.

theum imitare, ne receperis dolosam pixidem, & expeditus ac  
nudus ad vnicum illud bonum contende. Qui vero pecuniis  
am vt rem magnam ingenti sollicitudine expetunt & in ea sta  
tuunt præcipuum vitæ præsidium, qui se beatos putant, ea inco  
lumi, qui miseros clamitant, quum perijt, q̄, nimirum plures de  
os sibi finxere. Aequasti Christo pecuniam, si ea te potest foes  
licem, aut infœlicem reddere. Quod dixi de pecunia idem de  
honoribus, voluptatibus, valetudine, imo & de ipsa vita cor  
poris accipe. Tanto ardore ad vnum Christum scopum nostrū  
oportet eniti, vt horum nihil vacet magnopere curare, siue <sup>i. ad</sup>  
quum dantur, siue quum tolluntur. Tempus enim breue est, vt <sup>corin.</sup>  
vij.



ait Apłus, reliquū est, vt qui vtuntur hoc mundo, sint tanquam non vtentes. Hanc mentem scio mundus vt stultā & male sanā ridet, verum per hanc vnam stulticiam placuit deo saluos facere credentes. Et quod stultum est dei, sapientius est hominib⁹. Ad hanc itaq; regulā, quicqd & agis, exigēs. Exercēs artem, recte, si sine fraude verum quo spectas? Vt alas familiam At quorsum tibi familiam? Vt eam Christo lucrifacias, bene curris. Ieiunas, pium quidē opus, in speciem. Sed quo refers tuū ieiuniū? Vt parcas penui, aut vt religiosior habearis. Nequam est ocul⁹ tuus. At ieiunas, ne in morbum incurras, quur morbum metuis. Ne te priuet vsu voluptatum. Viciosus est oculus tuus. Sed valere vis, vt studio sufficias. Studium vero, quo refers? Vt sacerdotiū aliqd tibi pares. Sacerdotiū quo animo ambis? Nēpe vt tibi viuas, nō Christo. Aberrasti a signo, qd Christianū oportet vbiq; præfixū habere. Sumis cibū, vt valeas corpe. Sed ideo valere vis corpe, vt sanctis studijs, sc̄is vigilijs sufficias, scopū attingisti Curas aut valetudinem, ne fias deformior, ne libidini non sufficias, a Christo excidisti, alium deū tibi faciens. Sunt q̄ certos diuos, certis quibusdam colūt ceremonijs. Alius Christophorū singulis salutat diebus, sed nō nisi conspecta eius imagine, Quo tandem spectans? Nempe huc, q̄ sibi persuaserit sese illo die a mala morte tutum fore. Alius Rochum quēdā adorat, sed cur? Quod illum credat pestē a corpore depellere Alius barbarę aut Georgio certas p̄culas admurmurat, ne in man⁹ hostiū veniat Hic ieiunat Apolloniæ, ne doleant dentes. Ille visit diui Iob si mulachra, vt scabie careat. Nonnulli de lucro certam portionē pauperib⁹ nuncupant, ne merces naufragio intercidāt. Hieronī cereolus accendit, vt res quæ periit recipiat. In summa, adhunc modū, quot res sunt, quas vel timemus vel cupimus, totidē ijs diuos prefecimus. Qui & ipsi diuersis natiōibus diuersi sunt, vt id apud Gallos valeat Paul⁹, qd apud nostrates Hieron, neq; passim id valet Iacobus, aut Ioannes, quod illo atque illo loco, Quæ quidē pietas, nisi a respectu cōmodorum atq; incommo-  
dorum corporalīū ad Christum referatur, adeo Christiana non est, vt non ita multum absit a superstitiōe eorum qui quondam

Opa singula qualiter ad Christum referenda



Herculi de  
cimæ qua  
re vota  
sint.  
Aescula-  
pio gall<sup>9</sup>  
Neptūo.  
tnaurus.

Oratio q̄  
rundā cur  
nō audit.  
Cōtraſta  
tionarios  
& Mona  
chos mēs  
dicantes.

Quid orā  
dum sit.

Herculi decimam bonarum partem vouebāt, vt ditescerēt, aut  
Aesculapio gallum, vt a morbo reualeſcerent, aut qui Neptūo  
thaurum cedebant, vt foeliciter nauigarent. Nomina quidē cō  
mutata ſunt, ſed ſinis vtriuſq; cōmunis. Oras deū, ne tibi mors  
accidat præmatura, & non oras potius vt tibi mentem meliorē  
largiatur, vt quocunq; loco te mors oppreſſerit, nō offendat im  
paratum. Tu non cogitas de mutanda vita, & deum rogas ne  
moriaris. Quid igitur oras? Nimirum, vt quā diutiſſime pecces  
Oras diuitias, & nescis vti diuitijs. Nonne tuam ipſius pernicio  
em oras? Oras bonam valetudinem, & abuteris ſanitate, nōne  
pietas tua impia eſt? Reclamabitur hoc loco protin<sup>9</sup> a quibuſdā  
reliſoſulis, qui quæſtum exiſtimant pietatem, & vt idem ait, p<sup>9</sup>  
dulces quaſdam benedictiones ſeducunt corda innocētū, vētri  
ſuo ſeruietes, non Ieſu Chriſto, ergo ne inquiet tu vetas cul  
tum ſanctorum, in quibus deus honoratur. Ergo vero nō tam  
dāno eos qui hæc ſimplici quadā ſuperſtitione faciūt, q̄ qui emo  
lumentū ſuū ſequuti, ea que tolerabilia fortaffe ſunt, p̄ ſumma  
& absoluta pietate afferunt, & ſuo cōmoda fouent imperitiam  
plebis, quā ne ego quidē omnino contēno, verū nō ſerā. vt me  
dia p̄ ſummis, minima p̄ maximis habeant. Laudabo, qd̄ a Ro  
cho ſuo petāt incolumen vitā, ſi eā vitā cōſecrāt Chriſto Magis  
autē laudabo ſi nihil aliud orent, q̄ vt cū odio viciorū augeatur  
amor virtutum. De moriendo ac viuendo deo in manū dēt, di  
cantq; cum Paulo ſiue viuimus, ſiue morimur dño viuimus ac  
morimur. Perfectum erit, ſi diſſolui cupiant, & eſſe cū Chriſto,  
ſi in morbis, damnis, reliquiſq; fortunæ incōmodis, gloriam, &  
gaudium ſuū conſtituant. qd̄ digni habeant, qui vel hoc modo  
capiti ſuo conformentur. Ergo nō tam reprehendendum iſtius  
modi facere, q̄ pernicioſum in eis conſiſtere, atq; inniti. Tolero  
infirmatē, ſed cū Paulo viam demōſtro excellentiorē Ad hāc  
regulam, ſi ſtudia & actus omnes tuos excuſſeris, neq; vſquam  
conſtiteris in medijs, donec perueneris vſq; ad Chriſtum, neq;  
aberrabis vnquam a via, neq; rem vllam in vita, aut facies, aut  
patieris, quæ tibi non vertatur in materiam pietatis,

¶ Canon quintus.

Ad ro  
ma. xi  
ij.  
Phili.  
4.





Addamus & quintā regulam huic quasi subsidiariam, Vt in hoc vno cōstituas perfectā pietatē, si coneris semp a rebus visibilib⁹, quæ fere vel imperfectæ, vel mediæ sunt, ad Inuisibilia proficere iuxta superiorē hoīs diuisionem. Hoc præceptum adeo ad rem pertinet, vt eius siue neglectu, siue inscitia, pleriq; Christiani proprijs sint supstitiosi, & præter cognomen Christi, non admodum absint a supstitutione gētilium. Duos igit̃ quosdam mūdōs imagi nemur, alterū intelligibilē tantū, alterū visibilem, Intelligibilem, quē & angelicum licebit appellare, in quo deus cū beatis mentibus, visibilem, cœlestes sphaeras, & quod in his includitur. Tum hominē veluti tertiu quendā mundum vtriusq; participē, visibilis secundum corpus, inuisibilis secundum animā, In mūdo visibili quoniam peregrini sumus, nusq; oportet conuiescere, sed quicquid occurrit sensibus, id apta quadā collatione vel ad mundū āgelicū, vel (qd est vtilius) ad mores, & ad illi respondentem hominis ptē referre. Quod sol hic visibilis in mūdo visibili, id diuina mēs in mundo intelligibili, & in ei cognata tui pte puta spū Quod illic luna, hoc in illo coetus angelorū & aniarū piarū, quā vocāt ecclesiam triūphantē, hoc in te spūs, Quicquid agit mūd⁹ superior, in sibi subiectā terrā, hoc agit deus in tuā animā. Occidit sol, oritur, æstuat, temperat, viuificat, pducit, maturat, atrahit, extenuat, purgat, durat, emollit, illustrat, serenat, exhilarat. Ergo quicquid in eo vides, imo quicquid in hoc crassiore mūdo qui constat ex elementis, quem nonnulli a reliquis distinxere, deniq; quicquid in crassiore tui parte, id assuescas ad deū atq; inuisibile tui portionem inferre. Ita fiet, quicquid vsq; sese sensibus obiecerit, id tibi fiat occasio pietatis. Quum delectat oculos corporeos, quotiens sol hic visibilis nouo lumine sese terris infundit, tu protinus cogita quæ sit voluptas cœlitum, quibus æternus ille sol semper oritur, nec vnquā occidit, quantum illud gaudium puræ mentis, cui diuinum lumen irradiat. Etq; admonē te creatura visibili, ora verbis Paulinis, vt qui dixit de tenebris lucem splendescere ipse illucescat in corde tuo ad illuminationē sciētiæ claritatis dei in facie Christi Iesu. Repete consimiles locos e sacris libris, in quibus passim gratia spiritus diuini, lu-

Tres mūd⁹  
di.ij. ad  
corin.  
iij.Grā dei  
lumini cō  
paratur.

F iij



mini comparat, Tristis tibi nox ac tetra videtur. Animam cogita diuino lumine destituta, ac vitijs caligante. Et si quid noctis intrate deprehenderis, ora ut tibi exoriatur sol iusticiae. Sic autem existima adeo nullas non esse res inuisibiles, ut ea quae videntur praeter illas vix umbrae quaedam sint, tenuem modo quandam imaginem illarum oculis representantes. Proinde quicquid in corporeis rebus sensus aut appetit, aut horret, idem conueniet in internis spiritum longe magis amare, aut odisse. Arridet oculis decora species corporis, cogita, quae honesta res sit species animae. In suaue quiddam videtur, deformis vultus, memento quae odiosa res sit mens vitijs deturpata. Atque item de reliquis facito. Est enim animae, ut sua quaedam venustas aut deformitas, qua vicissim deo placet ac diabolo, similis simili, ita est, & sua quaedam iuuenta, senectus, morbus, sanitas, mors, vita, paupertas, opulencia, voluptas, dolor, bellum, pax, frigus, calor, sitis, potus, fames, cibus. breuiter, quicquid sentit in corpore, id intelligendum est in anima. Ergo in hoc est iter ad vitam spiritalem ac perfectam, si sensum assuescamus adduci ab ijs, quae vere non sunt, sed partim apparent esse quod non sunt, ut voluptas turpis, honor mundi, partim fluunt, atque in nihil redire festinant, rapiamurque ad illa quae vere sunt, aeterna, incommutabilia, sincera. Id quod vidit & Socrates, vir non tam lingua, quam vita philosophus, Et enim ita deum animam foeliciter emigrare e corpore. si prius per philosophiam mortem fuerit diligenter meditata, & multo ante per rerum corporaliu[m] contemptum, & spiritalium amorem ac contemplationem, assueuerit tanquam corpore abesse. Neque aliud est crux illa, ad quam nos vocauit Christus neque aliud mors, qua nos capiti commori vult Paulus, quemadmodum dicit & propheta. Quonia[m] propter te mortificamur tota die. Estimati sumus sicut oues occisionis. Et quod alijs verbis scribit Apostolus. Quae sursum sunt quaerite, non quae super terram, quae sursum sunt sapite, quae ut ad res corporeas obstupescamus, & tanquam insensibiles reddamur, ut tanto magis sapiamus in his quae sunt spiritus, quanto magis in illis delipuerimus. Tanto verius intus incipiamus viuere, quanto minus vixerimus foris Denique ut dicam planius, eo minus nos moueat caducae

Opera  
corporis  
quod liter ad  
animam re  
ferenda sit

Mortis  
meditatio

Crux  
Christi.

Luce.  
.ix. ij.  
ad Thimo  
theum  
ij. &  
ad rom  
ma. v  
Ps. xii  
lij. ad  
col. ij.

Mat  
xxv.

Gen  
ij. &  
ij.



quo magis cognitæ fuerint æternæ, hoc minus miremur vni-  
 braticas, quo magis suspicere cœperimus veras. Ergo hæc re-  
 gula semper ad manū habenda, nec ubi in rebus tēporarijs restis-  
 temus, sed inde veluti gradu facto ad spiritaliū amorem adhibi-  
 ta collatione assurgamus, aut præ his quæ sunt inuisibilia, id quod  
 est visibile contemnere incipiamus. Tolerabilior erit morbus  
 corporis, si cogitaris eū remediū esse anime. Minus eris sollicitus  
 de valetudine corpis, si totā curā ad tuendā anī valetudinē con-  
 uerteres. Terret te mors corporis, multo magis formidanda  
 mors anīæ. Horres venenū visibile quod pñitiē adfert corpi, lon-  
 ge magis horrendū virus, quod interimit aniam. Cicuta venenum  
 corporis, at multo pñitiū venenū animæ, voluptas. Horrescit,  
 exalbescis, metuens, ne te feriat fulmen, quod e nubibus emicat,  
 & quanto magis formidandū ne veniat in te fulmē inuisibile iræ  
 diuinæ. *3te maledicti in ignē æternum: Rapi te venustas cor-  
 poris, quæ non magis ardes eā speciē quæ latet. In eam transfer  
 amorē tuū, quæ perpetua est, quæ cœlestis, quæ incorrupta, &  
 moderatius amabis formā caducam & fugacem corporis. Oras  
 vt cōpluat ager ne sitiet, magis ora, vt deus cōpluat mentē tuā  
 ne a virtutum fruge sterile sciat. Magna cura resarcis dispendium  
 rei pecuniariæ, maxima cura resarcienda iactura mentis. Pros-  
 picias in senectā, ne quod desit corpori, & non cōsulendū ne quid  
 desit animo? Atq; hoc quidē faciendū in his rebus, quæ quoti-  
 die sunt obuiæ sensibus nostris, atq; eos p varietate speciē, var-  
 rie afficiunt, spe, metu, amore, odio, dolore, voluptate. Idem  
 obseruandū in omnibus literis, quæ ex simplici sensu, & myste-  
 rio, tanq; a corpe atq; animo constant, vt contempta litera, ad  
 mysteriū potissimū spectes. Cuiusmodi sunt literæ poetarum  
 oīm, & ex philosophis Platoniorum Maxime vero scripturæ  
 diuinæ, quæ fere Silenis illis Alcibiadeis siles, sub tectorio sordis-  
 do ac pene ridiculo, merum numen claudunt, Alioq; si sine alle-  
 goria legeris, Adæ simulachrū de argilla vda formatū, eiq; in-  
 spiratā animā, Aeuā de costa subductam, interdictū, ne de lig-  
 no ederent. Serpentē suasorē, deū inambulante ad aurā, conscie-  
 os latitantes, Angelum cum rophea versatili foribus paradisi*

Voluptas  
venenum

Literæ  
ex simplici  
sensu  
et myste-  
rio tanq;  
ex corpe  
re et anī  
constant.  
De Sile-  
ni Alcibi-  
adis vide  
auctore i  
maiorib;  
adagijs.

Math  
xxv.

Gene.  
ij. &  
iij.

F iij



Hic Boetius  
miorum est  
pro pullis  
Iat qui in  
sola litera  
haerent.

I. Regū.  
xvij.

ij. Regū.  
ij. Gene.  
xix.

Theologia  
qualiter  
exponi  
debeat

additū, ne eiectis pateret redditus, breuiter totā orbis cōditi hys  
storiā, si nihil vltra superficiem quæsieris, nō video quid ita mltō  
mai<sup>9</sup> opepreciū sis facturus, q̄ si cantaueris luteū simulachrum  
Promethei, ignē dolo subductū, eū simulachro inditum lutum  
animasse. Imo fortasse plusculo fructu legetur fabula poeta cū  
allegoria, q̄ narratio, sacrorum librorum, si cōsistas in corrice: Si  
te legentē admonet fabula gigantū, nō esse pugnandū cū supe  
ris, aut abstinendū esse ab ijs studijs, a quib<sup>9</sup> natura abhorret, ad  
iñciendū anim ad ea (mō honesta sunt) ad quæ natura propensio  
res, vti ne coniugio te impedias, si tuis moribus coelibatus ma  
gis conuenit, rursus, ne coelibatuī te addicas, si cōiugio videris  
vtilior. Fere enim infoeliciter euenire, quæ tētes inuita Minerua  
Si te Circes pocula docēt, homines voluptatib<sup>9</sup> tanq̄ veneficijs  
dementari, vertiq̄ prorsus ex hoibus in pecudes. Si Tantalus si  
tiens, miserrimum esse, opibus cōgestis inhiantē vti nō audere, si  
Sisyphi saxū, laboriosam & miserā esse ambitionem. Si Herclis  
labores admonēt, honestis studijs & industria infatigata parari  
cœlū, nōne hoc discis in fabula, qd̄ præcipiūt philosophi & the  
ologi vitæ magistri? At si citra allegoriā legeris, infātes in vtero Gene.  
colluctantes. Vendita pulmento primogenita, bñdictionē patrē xxv.  
dolo præreptā, Goliad funda Dauid ictū, Sampsoni derastrū ca Gene.  
pillū, nō ita magni refert, q̄ si poeticū legas figmentū. Quid in xxvij.  
terest, regū aut iudiciū libros legas, an Liuianā historiam, mō in  
neutra spectes allegoriā? Nā in illa multa insunt que mores cō  
munes emendent, in hac nōnulla est absurda in speciē, & q̄ sum  
ma cute intellecta moribus officiant. Veluti latrociniiū. David, Iudic.  
Adulteriū homicidio emptū. Sāpson pdite amans. Furtiuus filia xxvj.  
rū cū Lot concubitus atq̄ id genus alia mille. Proinde vbiq̄ cō  
tempta carne scripturæ, maxie vetere testamēti, spūs mysticū iri  
mari cōueniet. Hoc tibi sapiet māna qd̄ palato tecum attuleris.  
Sed in eruendis mysterijs nō oportet animi cōiecturas seq, verz  
cognoscenda ratio & velut ars quædā, tradit Dionysius quidā  
in libro de diuinis noib<sup>9</sup>, & diu<sup>9</sup> Augustin<sup>9</sup> in corpe de doctrina  
Christiana. Paulus autē Apłus post Ch̄m fontes q̄sdā aperuit  
allegoriarū Quem sequutus Origenes, in hac parte theologiæ



facile principatū obtinet. Eā vero nostri Theologi, aut aspernant Theologi moderni quātuor a priscis de generent, fere aut oppido quā frigide tractant, in acumie differēdi veteribus vel pares, vel superiores, in huius muneris tractatiōe ne conferēdi quidem cū illis, id quod duabus potissimū (vt cōiunctio) de causis, quod non potest non frigere mysterium, quod non eloquenti viribus ac dicendi lepore quodā condiait, quā in re precelluerunt veteres, nos ne attingimus quidē. Altera, quod vno Aristotele contenti, Theologiae studiū cur hodie friget, Platonicos & Pythagoricos arcēt e ludis. At hos posteriores profert Augustinus, non solum quod plerasque sententiās hnt admodū consentaneas nostre religiōi, verū etiam quod dictionis genus figuratum, vt diximus, & allegorijs frequens propius accedit ad sermonem sacrae scripturae. Nō igitur mirū si cōmodius tractauerunt allegorias Theologicas qui dicendi copia rē quālibet etiā ieiunā ac frigidā, locupletare & conuestire poterāt, tum qui omnis antiquitatis doctissimi, quod in mysterijs diuinis erat faciendum, id fuerant olim in poetis, & Platoniciis libris, meditati. Horum igitur cōmentatiōes te malo euoluere, vtputa qui nō ad scholasticā cōcertationē, sed ad bonā mētē instituāt. Quod si nō assequeris mysterium, memineris tamen subesse, quod quidem vel incognitū sperare praestabilius est, quā in litera occidente cōquiescere. Neque id in veteri testamento, verum etiā in nouo. Habet euangelium carnē suā, habet & spiritū. Nā etiam si detractū est velum a facie Moysi, tamen adhuc Paulus videt per speculū & in Spiritus est qui viuificat. I. coti. xiiij. loā. vi. enygmate, & vt apud Ioannem ipse dixit Christus. Caro non prodest quicquid, spiritus est qui viuificat. Mihi quidem religio fuisset dicere, non prodest quicquid, satis fuerit futurum, caro non nihil prodest, sed multo amplius spiritus. Nunc ipsa dixit veritas non prodest quicquid. Adeoque nō prodest, vt iuxta Paulum mortifera, nisi si ad spiritū referatur. Alioqui vel hoc utilis est caro, quod infirmitatē quasi gradibus quibusdā ducit ad spiritum. Corpus sine spiritu non potest subsistere, spiritus corpore nihil eget. Quod si Christo authore tanta res est spiritus, vt sola viuificet, huc tendēdū, vt in omnibus literis omnibus actibus spiritum respiciam, nō carnē. Et si quis obseruauerit, aniaduertet hoc vnum esse, quo nos vocat inter prophetas praecipuus Esaias, inter apostolos Paulus, quod nulla



la pene epistola: nō hoc agit: nō inculcat, nihil fidendū esse car  
 ni, in spū esse vitam: libertatē: lumē: adoptionē: & fructus illos  
 oprabiles quos enumerat. Carnē ubiq; contemnit, damnat, dis  
 suadet. Attēde, & deprehēdes passim hoc idē agere p̄ceptorem  
 nostrū Ihesum, dum in tollendo de puteo asino, in illuminando  
 cœco, i cōfricandis aristis, in nō lotis manibus, i conuiujs pec  
 catorū, in parabola pharizei & publicani, in ieiunijs, in fratrib⁹  
 secundū carnē, in glia Iudeorū, qd̄ essent filij Abrahæ, in mūeri  
 bus offerendis, in orationib⁹, in philacterijs dilatatis, multisq; si  
 milib⁹ locis, cōtēnit carnē legis & supstitutionē eorū, q malebant  
 esse Iudei in manifesto q̄ in occulto. Et quū dicit mulierculę Sa  
 maritanę, Mulier crede mihi quia venit hora, qn̄ neq; in monte  
 hoc, neq; in Hierosolimis adorabitis patrem. Sed venit hora &  
 nunc est, quū veri adoratores adorabūt patrem in spū et veritate  
 Nā & p̄ tales quærit, q adorēt eū. Spūs est deus, et eos q ado  
 rāt, eū in spū & veritate oportet adorare. Idem factō significauit  
 quū in nuptijs aquā frigidæ & insipidæ l̄ræ, vertit in vinū spūs  
 ad vitæ vsq; cōtemptū anias inebriās spiritales. Et ne magnum  
 putes, qd̄ ista cōtēpsit Christus, quæ modo cōmemorauimus  
 Imo cōtēpsit & carnis suæ manducationem, & sanguinis potū,  
 nisi & spiritualiter edatur atq; bibat. Quibus em̄ putas ista lo  
 cut⁹ est, caro nō prodest quicq; , spūs est qui viuificat. Nempe  
 nō ijs, qui euangelio de collo suspenso, aut cruce ærea, se tutos  
 ab oī malo putāt, idq; p̄fectā relig onē existimās, sed quib⁹ sum  
 mū mysteriū de sumēdo corpe suo aperuerat, Si res tanta nihil  
 est, imo si p̄nitiosa, qd̄ est quur vllis alijs rebus carnalib⁹ fidam⁹,  
 nisi adsit spūs? Tu forte quotidie sacrificas, & tibi viuis, neq;  
 ad te ptinent incōmoda pximi tui Adhuc in carne es sacramenti  
 Verū si sacrificans das opam id esse, qd̄ illa sūptio significat pu  
 ra idē spūs cū spū Christi, idē corpus cum corpe Christi, viuum  
 mēbrū eccl̄iæ. Si nihil amas nisi in Christo, si oia tua bona putas  
 oib⁹ esse cōmunia, si oīm incōmoda tibi p̄inde vt tua dolēt, ita de  
 mū magno fructu sacrificas. nēpe qa spūa it̄ Si te sentis in Chris  
 tū quodāmodo transfigurari, & iā minus minusq; in teipso vlt  
 uere, spūi gratias age, q solus viuificat. Multi quot quoq; die sac

Legis car  
 ne; q̄liter  
 Christus  
 cōtempnit  
 p̄r spū.

Aqua in  
 vinū my  
 stice.

Supersti  
 tiones vul  
 gi.

Missam  
 nō qui q̄s  
 ti. Itē sed q  
 debite les  
 git meret  
 ur.

Ioan.  
 iij. v.

Ioan.  
 ij.

Ioan.  
 vi.



cris ad fuerint nūerare solēt, atq; hae re tanq; maxia freti, q̄si iam nihil p̄terea debeāt Christo ita tēplis egressi, ad pristinos mores redeūt, Qd' carnē pietatis amplectūt laudo, qd' illic cōliscūt, nō laudo. Peragāt in te, qd' illic oculis rēp̄sentat Representat mors capitis, excute in te int<sup>o</sup> in sinu, qd' aiūt, q̄ ppe tu moruus mūdo Qd' si te totū adhuc possidēt, ira, ambitio, cupiditas, voluptas, inuidia, etiā si cōtigas altare, pcul tñ abeas a sacro, Occisus ē p te Christ<sup>o</sup>, macta & tu pecudes istas. Sacrifica temetipsū illi, q̄ pro te semet imolauit p̄ri. Hac si ne cogitas qdē & in illo confides? odit de<sup>o</sup> piguē tuā & crassā religionē. Baptizat<sup>o</sup> es, ne p̄tin<sup>o</sup> te Christianū putes Mens tota nihil nisi mūdū sapit, in manifesto Christianus es, in occulto gentilior gentibus, Quur ita? Quia corpus sacramenti tenes, spiritu vaces. Ablutū est corpus, quid refert dum animus manet inquinatus? Sale contacta est caro, qd' tū, si insulsus manet animus, Vnctū corpus, at inunctus anim<sup>o</sup> Sin consepultus es Christo intus, iā cum eo in nouitate vitæ meditaris ambulare agnosco Christianū. Aspergeris aquula consecrata, quorsū attinet, mō tu int<sup>o</sup> nas sordes nō abstergas ab aīo? Veneraris diuos, gaudes eorū reliqas cōtingere. Sed contēnis. qd' illi reliqunt optimū, puta vitæ puræ exēpla Nullus cultus grauior Mariæ, q̄ si Mariæ hūilitatē imiteris. Nulla religio sc̄tis acceptior magisq; p̄p̄cia, q̄ si v̄tutē illorū exp̄mere labores Vis tibi demereri Petrū at Paulū: alteri<sup>o</sup> fidē, alteri<sup>o</sup> imitare charitatē, & pl<sup>o</sup> feceris, q̄ si decies Romā cursitaris. Vis sūmo honore Frāciscū efficere? Elat<sup>o</sup>, es admirator pecūiē es. cōtēriosus es, largire hoc diuo, cōpescē aīos, et exēplo Frācisci esto modestior, p̄tēne sordidū lucrū, & inhīa bonis aī, Remitte cōtēciōez, et vice bono malū Istum honorē pluris faciet diu<sup>o</sup> ille, q̄ si cētū illi ce reos accēderis Magnū qddā putas, si Frācisci cucullo obuolūt<sup>o</sup> sepulchro iſeraris: Nihil p̄derit uestis sillis mortuo tibi si mores fuerint dissimiles viuo. Et q̄q; vniuersa pietatis exēplar, a Christo cōmodissime petis, tñ si Christi cultus in sc̄tis ei<sup>o</sup> ita impēdio delectat, Christū facito in sanctis imiteris, & ad singulorum honorē singula vicia mutata, aut singulas v̄tutes amplecti stude, Hoc si accesserit. iā & illa quæ foris fiunt, non impi obabo Sume

Misse q̄  
liter audig  
endæ.

Baptis  
m<sup>o</sup> nō fa  
cit Chris  
tianū.

Aqua be  
nedicta.

Sancti q̄  
liter pros  
prie colen  
di sunt.

Peregris  
natio.

Religiōis  
habitū in  
ducere in  
morte.



ma veneratione cōplecteris cineres Pauli, nō dāno, si sibi cōstat  
 tua religio, Si veneraris cinerē mutū & mortuū, & viuam illius  
 imaginē, adhuc loquētē, ac tanq̄ spirantē, qui in illius literis sup  
 est, negligis, nōne prepostera est tua religio. Adoras ossa Pauli  
 in oculis condita, non adoras mētē Pauli. in scriptis latētē. Mag  
 ni facis fragmentū corpīs, per vitrū p̄spiciū, & non miraris totū  
 animū Pauli p̄ literas pelluentē. Cineres colis, ad quos nōnūq̄  
 vitia tollunt, quorū non literas magis quib⁹ vicia sanant anima  
 rum. Signa ista mirent̄ fideles, q̄b⁹ data sunt, tu fidelis libros illi⁹  
 amplectere, vt qui nō diffidis deū oīa posse, discas illū sup oīa di  
 ligere. Honores imaginē vult⁹ Christi saxo lignoue deformatā  
 aut fucatam colorib⁹, multo religiosius honoranda mētis illius  
 imago, q̄ spūsc̄i artificio exp̄ssa est literis euāgelic̄. Null⁹ Apel  
 les sic effingit penicillo liniāmēta figurāq̄ corpīs, vt in oratione  
 cuiusq̄ relucet imago mētis. p̄sertim in Ch̄o qui quum eēt sum  
 ma simplicitas veritasq̄ nihil oīno poterat eē dissimilitudinē inter  
 archetypū diuini pectoris, & inde ductā imaginē sermōis Vt nis  
 hil patri filius, q̄ fili⁹, p̄ris x̄bū ex intimo illius corde p̄manans,  
 ita Christo nihil simili⁹ q̄ Christi x̄bū, de pectoris illi⁹ sac̄tissimi  
 adytis redditū. Et hāc imaginē, nō miraris, nō adoras, nō oculis  
 pijs collustras, nō anio amplecteris Tā sc̄tās, tā efficaces habes  
 dñi tui reliq̄as, & his neglectis, multo quæris alieniora, Ettonis  
 tus spectas tunicā, aut sudariū qd̄ terē Christi, & somniculosus  
 legis oracula Christi. Maxio mai⁹ esse credis, qd̄ crucis portum  
 culā domi possides. Ne istud nihil est pre illo si mysteriū crucis in  
 pectore conditū gestes. Alioqui si ista faciūt religiosū, quid reli  
 giosi⁹ Iudeis, q̄rū impijssimi plariq̄, Iesū tamē in carne viuētē  
 oculis viderūt, aurib⁹ audierūt, manib⁹ cōtractarunt. Quid Ius  
 da foelicius, qui ore os diuinū p̄ssit. Adeo sine spū nō p̄dest caro  
 quicq̄, vt ne x̄gini quidē matri p̄futurū fuerit, qd̄ cū de sua car  
 ne genuit, nisi & sp̄m illius concepisset. Maximum hoc, sed audi  
 mai⁹, Apostoli donec corporeo Christi cōtubernio fruent̄ non  
 ne legis q̄ fuerint imbecilles, q̄ pinguae quiddā adhuc sapuerūt.  
 Quis aliud ad absolutā salutē desyderaret, q̄ tā diuturnum deū  
 atq̄ hoīs conuictū. Et tamen post edita miracula, post tot annis

Reliquiæ  
 sanctorū  
 quatenus  
 venerāde

Chrus q̄s  
 modo ho  
 norādu.

Reliquiæ  
 vere Xpi

Crux chri  
 sti non tā  
 venerāda  
 q̄ mystes  
 tū sac̄t.

Corpus.  
 Chri nec  
 Marię p̄  
 fuisse si  
 ne sp̄ritu

Ma  
 xvi.  
 Ioan  
 xvii  
 Cor  
 v.



exhibitam diuini oris doctrinam, post tot argumenta resuscitati,  
 nōne suprema hora, tā recipiendus in cœlū exprobat eis increduli-  
 tatē illorū. Quid igit̃ in causa? Nēpe obstabat caro Christi, atq̃  
 inde est, qđ ille dicit: Nisi ego abiero, paracletus non veniet. Ex-  
 pediat vobis vt ego vadā, Christi corporea presentia, inutilis ad  
 salutē, & in vlla preterea re corporali audebim⁹ p̃fectā pietatem  
 statuere? Paul⁹ viderat Christū in carne, quid hoc magis eē pu-  
 ritas? At ille contēnit dicēs Et si Ch̃m inq̃t nouim⁹ secūdu carnē  
 sed n̄ n̄c nō nouim⁹ Quare nō nouerat? Quid profecerat ad  
 meliora charissimata spūs Verbosi⁹ forte hęc disputo, q̃ pueniat  
 ei qui regulas tradat, Verū ideo facio accuratius neq̃ sine graui  
 causa, qđ re ipsa cōpertū habeā, hunc errorē cōmunē esse pestē  
 toti⁹ Christianismi, que vel hoc grauiorē p̃nitē adfert, qđ sp̃tie  
 qđē pietati p̃xima est. Nulla em̄ periculosiora vicia. q̃ quæ vir-  
 tutē imitant. Nā praterquā q̃ bonis etiam lubricus in ea lapsus  
 est nulla difficilius corrigunt̃ p̃pterea qđ vulg⁹ imperitiū reli-  
 gionem violari credit, dū istiusmōi reprehēdunt̃ Reclamet ilico  
 mūdus & oblatret clamosi quidā cōcionatores, que ista libēter i-  
 tus canunt, videlicet non ad Christū, sed ad suū cōpendiū respi-  
 ciētes. Ob quorū vel imperitā sup̃stitionē. vel fictā pietatē sepi⁹  
 mihi testandum est, me nequaquā taxare corporales ceremonias,  
 Christianorū, & studia simpliciū, presertim ea quæ ecclesiastica  
 cōprobauit authoritas. Sunt em̄ nonnunquā tū indicia, tum adm̄  
 nicula pietatis. Quæ qm̄ fere necessaria sunt infantibus in Chris-  
 sto, donec grandescant & occurrāt in virū p̃fectū tñ ne a p̃fectis  
 quidē cōuenit fastidiri, ne exēplo latantur infirmi. Quod facis  
 p̃bo, si mō finis viciosus nō sit, tū si ibi nō figis metam vnde gra-  
 dū factū oportebat ad salutē p̃piora. Verū Christū in visibilib⁹  
 rebus ob visibilia colere, & in his fastigiū religionis ponere, hinc  
 sibi placere, hinc alios dānare, his instupescere atq̃ adeo immo-  
 ri, & vt semel dicā, his ipsi a Christo auocari quæ ad hoc tantū  
 adhibentur, vt ad eū conducant, hoc est nimirum a lege euange-  
 lij quæ spiritalis est, desciscere, & in Iudaismum quēdā recidere  
 neq̃ m̄ in⁹ forte periculosum, q̃ sine hac sup̃stitione magnis &  
 apertis animi vitij laborare. Capitalior hic quidē morb⁹. Esto,

Presentia  
 corporis  
 Ch̃i non  
 saluat nos

Prædica-  
 torū quo-  
 rundā hy-  
 pocriset  
 stulticia.

Ceremo-  
 nie eccles-  
 iasticæ  
 qm̄ ob ser-  
 uandæ.

Mar.  
 xvi.  
 Ioan.  
 xvij.  
 Cori.  
 v.



sed ille insanabilior. Durantū ubiq; sudauit precipuus ille spūs as-  
 sertor Paulus, vt Iudeos a fiducia opm abductos, ad ea que sunt  
 spiritualia pmoueat. Atq; huc denuo vulgus Christianorū vi-  
 deo reuolutum. Quid aut dixi vulgus? Ferendū hoc, nisi & sa-  
 cerdotū et doctorū bonam partem, deniq; greges eorū qui spiri-  
 talē vitā vocabulo & vultu pfitent pene totos hic error occu-  
 passer. Si sal infatuatū est, vn salientur ceteri. Pudet me referre,  
 quanta superstitione pleriq; istorū obseruēt ceremoniales qsdā ab  
 homūculis, nō tamē hoc aīo institutas, qnto odio easdē ab alijs fla-  
 gitent, qnta securitate his fidāt, qnta temeritate alios iudicēt, qn-  
 ra cōtentione tueant. His factis suis coelū deberi putant. in qb<sup>9</sup>  
 si qn occaluerint, iam Pauli atq; Antonij sibi videntur, incipiunt  
 magno supercilio alienæ vitæ censurā exercere, ad imperitorū  
 (vt ait Comicus) regulā illam, vt nihil nisi qd faciūt rectū putēt  
 Ceterum vbi in suo instituto cōsenuerunt, videbis eos nihil ad-  
 huc Christi sapere, sed animales. ac tristib<sup>9</sup> quibusdam vicijs ma-  
 dentes, in conuictu morosos ac vix etiam sibi tolerabiles, charita-  
 te frigidos, ira feruidos, odio pertiaces, lingua virulētos, in exer-  
 cēdis simultatib<sup>9</sup> inuictos pro re quis nihili depugnare paratos  
 adeoq; alienos, pfectiōne Christi, vt ne cōmunibus quidē vtu-  
 tibus sint præditi, quas etiam ethnicis, vel ratio natura insita, vel  
 vsus vitæ, vel philosophorum præcepta parāt, Indociles, itracla-  
 biles, rixosos, voluptatum auidos, ad verba diuina uauseabun-  
 dos, nulli commodos, de alijs male suspicantes, sibi blandientes.  
 Huccine tot annorum laboribus deniq; puentū est, vt pessim<sup>9</sup>  
 sis, & optimus tibi videare? vt pro Christiano sis Iudeus, mutis  
 tantum elementis seruiens? vt gloriā habeas nō in occulto apd  
 deum, sed in manifesto apud homies? Quod si in spū ambulasti,  
 non in carne, vbi fructus spūs? vbi charitas? vbi gaudium illud  
 animi? vbi pax erga omnes? vbi patientia, longanimitas, boni-  
 tas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continencia casti-  
 tas? vbi Christi imago in tuis moribus? Non sum inquis scors  
 tator, non fur, non sacrilegus, & obseruo quæ sum professus, Et  
 quid hoc aliud, quā non sum sicut sunt ceteri homines, raptores  
 adulteri, & ieiuno bis in Sabbato? Malo malo publicanū hūilē

Ceremoniis nimis  
 um inhiā  
 tes quan-  
 tum aber-  
 rent.

Theologos  
 goꝝ ac re-  
 ligiosorū  
 egregiex  
 tutes.

Christianus  
 n<sup>9</sup> debet  
 Chri imā-  
 ginē i mo-  
 rib<sup>9</sup> rep<sup>9</sup>  
 tentare.

Math  
v.

Gal. v

Luce.  
xvii.

Math  
xv.  
Ad ro  
vii.

ad eo  
ii. et i



& misericordiā implorantē, q̄ istud iustorū genus, sua bñfacta  
 cōmemoratiū. Quid aut̄ p̄fess⁹ es, an ne faceres qd̄ olim in bap  
 tismo iurasti, te Christianū, hoc est spiritualē, nō Iudeū futurū,  
 Quippe qui p̄pter traditiūculas hoim trāsgrederis mādata dei  
 An nō Christianismus est vita spiritualis? Audi Paulū Romanis  
 loquentem, Nihil ergo dānationis est his q̄ sunt in Christo Iesu  
 qui nō secūdū carnē ambulāt. Lex em̄ sp̄m vitæ in Christo Iesu  
 liberauit me lege peccati & mortis, Nā qd̄ impossibile erat legi  
 quæ infirmabat per carnē, de⁹ filiū suū mittēs in similitudinē car  
 nis peccati, & de pctō dānauit pctm̄ in carne vt iustificatio legis  
 ipleret̄ in nobis, q̄ nō secūdū carnē ambulam⁹, sed secūdū sp̄m  
 Qui em̄ in carne sunt, que carnis sunt sapiunt, q̄ vero in sp̄u sūt.  
 que sp̄s sunt sentiūt, Nā prudentia carnis mors est, prudētia aut̄  
 sp̄s vita & pax, Qm̄ sapientia carnis inimica est deo, lege enim  
 dei nō est subiecta, nec em̄ pōt Qui aut̄ in carne sunt, deo place  
 re non possunt. Quid dici poterat pleni⁹, quid aperi⁹ Verū hec  
 nihil ad se ptinere putāt hoies ad suis blādiendū vitijs arguti, ad  
 aliena carpēda p̄cipites. & qd̄ Paul⁹ dixit de h̄m carnē ambulā  
 do, in adulteros mō & scortatores referūt, qd̄ de sapientia car  
 nis que inimica est deo, in eos detorquēt, q̄ literaturā secularē (q̄  
 vocāt) didicerūt. In vtroq̄ sibi plaudunt, quod neq̄ adulteri sūt  
 & oīm literarū egregie indocti. Ceterū in sp̄u viuere, nihil aliud  
 esse somniāt, q̄ facere scilicet, quod faciunt ipsi. Qui si linguam  
 Paulinā tam diligenter obseruassent, q̄ fortiter cōtēnūt Cicero  
 nianā intelligerēt nimirū Apostolū vocare carnē, id qd̄ visibilē  
 le est, sp̄m qd̄ inuisibile. Docet autem vbicq̄ visibilia oportere  
 seruire inuisibilibus, nō contra, inuisibilia inuisibilibus. Tu præ  
 postere ad ista Christum accōmodas, quæ conueniebat ad Chri  
 stum applicari An testimonium flagitas, carnis vocabulum non  
 tantum ad libidinem aut ad luxum pertinere. Accipe quod idē  
 Apostolus hoc ipsum (qd̄ semper) agens, scribit Collossensibus  
 Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorū  
 quæ non vidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ, & nō  
 tenēs caput, id est, Christū, ex quo totū corpus p̄ nexus & con  
 iunctiōis sumministratū, & constructū, celsit in augmentū dei

Lex dup  
lex.

Sapientia  
carnis q̄li  
ter intelli  
genda.

Carnis vo  
cabulū ad  
libidīnē,  
sed ad om  
nia vitia  
refertur.

Math  
xv.  
Ad ro  
viij.

ad col  
ij. et iij



Et ne quid dubites eum loqui de ijs, qui ceremonijs quibusdam  
corporeis freti, aliorum spiritualibus obstrepunt studijs, attende  
quod sequitur. Si ergo mortui estis cum Christo, ab elemēti huius  
mundi, quid adhuc tanquam viuentes mundo decernitis? Ab his igitur  
nos auocans paulo post. Igitur inquit si cōsurrexistis cum Christo  
que sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextra dei sedens. Quæ  
sursum sunt sapite, non quæ super terram. Deinde spiritualis vitæ  
præcepta tradens, quid tandem monet? Num ut his, aut ceremonijs  
vtamur, ut sic, aut sic vestiamur, ut his aut his cibis victitemur  
ut tantum psalmorum exhauriamus. Nihil horum. Qui igitur,  
Mortificate inquit membra vestra quæ sunt super terram, fornica  
tionem, immundiciam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiã  
quæ est idolorum seruitus. Ac paulo post, Nunc autem deponite &  
vos omnia, iram, indignationem, malitiam. Pauloque inferius, Expoliamur  
vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum  
eum qui renouatur in agnitionem dei secundum imaginem eius qui creauit  
eum. Quis est autem vetus homo? Nempe Adam ille de terra terrenus,  
cuius cōuersatio est in terra, non in caelis. Terram intellige, quicquid  
visibile, eoque temporarium. Quis nouus homo? Nempe de caelo celestis.  
Caelum accipe, quicquid inuisibile eoque aeternum. Postremo, ne  
Iudaico more certis quibusdam obseruationibus tanquam magicis cere  
monijs deum demereri velimus, docet eatenus opera nostra grata esse  
deo, quatenus ad charitatem referuntur, in id idem profectia. Super omnia autem  
hac inquit charitatem habete, quod est vinculum perfectionis, & pax  
dei Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno  
corpe. Dabo argumentum euidentius, Ad Galatas scribens saepe  
carnem, saepe spiritum noiat, quos non tantum a libidine vocant ad castimoniam,  
sed a Iudaismo & operum fiducia in quam erant a pseudoaposto  
lis indocti, conati retrahere. Hic igitur opera carnis, vide recensens  
quæ vitia commemorat. Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt for  
nicatio, immundicia, impudicia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia,  
inimicitia, contentiones, emulationes, ira, rixæ, dissensiones, sectæ  
inuidia, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia. Neque  
multo post. Si spiritu viuimus, spiritu ambulemus. Deinde quasi pes  
stem spiritui infestam indicans addidit, Non efficiamur inanis gloriæ

Ceremo  
nia supsti  
tiose.

Terra.  
Cœlum.

Carnis  
opera quæ  
sunt ex pau  
lo.

ad col.  
ij. et in  
Col. ij.

Coll.  
ij.

Vbi  
uis.

Coll.  
ij.

Coll.  
ij.

Gal. v



cupidi inuicē puocātes, inuicē inuidentes. De fructibus arbor  
 cognoscitur. Quod vigiliās, qđ ieiunia, silentia, quod preculas,  
 qđ reliquas id genus obseruatōes nō prāteris, nihil moror, in  
 spū nō credam esse, nisi videro fructus spūs. In carne esse quur  
 nō affirmem, quum post secularē penē istarū rerū exercitatio  
 nē, adhuc inte deprehendā opa carnis. Inuidentia plusq̄ mulier  
 brē, Iracūdiā & ferocitatē militarē, rixandi nunq̄ faciatā libidi  
 nē, rabiosam maledicētiām, vipereū linguā obirectatricis ve  
 nenū, animū tumidū, ceruicē præfractā, lubricā fidē, vanitatem,  
 fictionē, assentationē, Tu fratrem in cibo aut potu, cultuue iudi  
 cas, at Paul⁹ te iudicat ex factis tuis. An hoc te a carnalibus mun  
 danis sepat, qđ tu leuiorib⁹ quidē in rebus, sed iisdē tamē vicij  
 laboras. Num turpior est, q̄ ob hæreditatē interceptā, ob vicij  
 atā filiā, ob læsum parentē, ob magistratū, ob principis gratiam,  
 iras, inimicitias, æmulationes suscipit q̄ tu qui (pudet dicere) q̄  
 de nihilo multo hæc omnia facis acerbius. Causa peccandi leui  
 or, non eleuat crimē, sed exaggerat. Atq̄ refert in quanto pec  
 ces, modo pari affectu. Imo refert adeo, hoc enim quisq̄ scele  
 rator est, quo minore momento ab honesto abducit. Non ego  
 nūc loquor de ijs monachis, quorū mores & mūdus detestatur  
 Sed de his quos vulgus mirat, nō vt homines, sed vt angelos.  
 Quos ipsos tamen offendi non oportet hoc sermone, qui vicia  
 notat, nō homines, quod si boni viri sunt, gaudeant etiā a quos  
 cunq̄ admoneri in his quæ ad salutem pertinent. Neq̄ clam me  
 est, inter eos esse plurimos, qui literis & ingenio adiuti spiritus  
 mysteria degustarunt Sed (quod ait Liuius) fere fit, vt maior  
 pars vincat meliorē. Cæterū si verū fateri fas est, nonne videm⁹  
 arctissimū quodq̄ monachorū genus fastigium religionis aut  
 in ceremonijs, aut in certa lege psalmorum, aut in corporum la  
 bore ponere? Quos si quis excuciat atq̄ de spiritualibus per  
 contetur, vix per paucos inuenerit, qui non in carne ambulent  
 Et hinc ista tanta animorū infirmitas, illic trepidatiū vbi timor  
 nō est, illic oscitantiū vbi summū est periculū. Hinc illa perpetua  
 in Christo infantia, vt ne quid dicam grauius, quod praposteri  
 rerū æstimatores, ea facimus plurimi, q̄ sola nihili sunt, is negles

Obseruā  
 tia ceres  
 moniarū  
 carnalium  
 non facit  
 homines  
 spirituales  
 Carnis  
 opera

Causa pe  
 ccati leuis  
 or nō mig  
 nuit cris  
 mea.

Monachi  
 fastigium  
 religionis  
 nis i solis  
 ceremon  
 nis pos  
 nunt.

G



Pueri cen  
tu anno;  
sum.

ctis, quæ sola sufficiunt, semp sub pedagogis agentes, semp sub  
iugo, nec vnq̄ ad libertatē spūs aspirantes, nunq̄ ad amplitudinē  
charitatis crescentes, Quum clamet Paulus ad Galathas. state  
& nolite iterum iugo seruitutis contineri. Atq; alio loco. Itaq; Gal.  
lex pedagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. iij.  
At vbi venit fides, iā nō sumus sub pedagogo. Omnes enim filij  
dei estis per fidem quæ est in Christo Iesu. Neq; multo Inferius Gal. ij.  
Ita & nos quū essemus paruuli, sub elementis mūdi eram⁹ serui Gala.  
entes, Et vbi venit plenitudo t̄pis, misit deus filiū suum factum ij.  
ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redime  
ret, vt adoptionē filiorū reciperemus. Quoniā aut estis filij dei. Gal.  
misit de⁹ spm̄ filij sui in corda vestra clamantem, abba p̄r, Itaq; v.  
iā non est seruus, sed filius. Iterū alibi, vos em̄ in libertatē vo  
cati estis fratres, tantū ne libertatē in occasionē detis carni, sed  
per charitatē spūs seruite inuicē, Omnis em̄ lex in vno sermone  
implet. Diliges pximū tuum sicut teip̄s. Quod si inuicē mor  
detis & deuoratis, videte ne ab inuicem cōsumamini. Rursum Ad ro  
ad Romanos, Nō em̄ accepistis spiritū adoptionis filiorū dei, viij.  
in quo clamamus Abba pater. Eodē ptinet & illud quod Thi.  
motheo scribens, Exerce aut (inqt) teip̄s ad pietatē. Nam i. ad  
corporalis exercitatio, ad modicū utilis est, pietas ad omnia est mo.  
utilis, Et ad Corinthios. Dñs spūs est, Vbi autem spūs, ibi liber  
tas, Sed qd nos vnū aut alterū locum referimus? Totus in hoc ij. ad  
est Paulus, vt caro quæ contentiosa est cōtemnatur, & in spū, corin.  
qui charitatis & libertatis est author nos constituat. Indiu  
iduae em̄ inter se comites sunt caro seruitus, inquietudo contentio,  
Rursum spiritus, pax, amor, & libertas, Hæc passim inculcat A  
postol⁹. Nū meliorē religiōis magistrū requirimus, præsertim  
quū huic oīs diuina scriptura cōcinat. Hoc erat maximum man  
datum in lege Mosaica, hoc iterat ac perficit in euangelio Chris  
tus, Ob hoc potissimū nat⁹ ac mortuus est vt nos doceret, non  
Iudaizare, sed amare. Post cœnā illā supremā, q̄ sollicitē, quan  
to affectu mādāt Ap̄l̄s suis, nō de cibo aut potu, sed de charita  
te mutuo seruāda. Quid aliud docet, imo rogat huius symmy  
stes Ioannes nisi vt diligamus inuicē, Paul⁹ qñ passim ( vt dixi ) i. corin.  
xij.

Charitas  
noui et  
veteris te  
stamenti  
maximū  
est præce  
ptum.



charitatē cōmendat, cū ad Corinthios scribens, & miraculis, &  
 pphetiā, & angelorū linguis anteponit charitatem. Ne tu mihi  
 illico charitatē esse dicas, in tēplo frequentē eē, signis diuorū p  
 cūbere, cereolos accendere, nūeratas pculas iterare. Nihil illis  
 opus habet deus. Charitatē Paulus vocet, ædificare proximū,  
 oēs eosdē corpis membra ducere, omēs vnū in Christo putare,  
 de fraternis cōmodis, pinde vt de tuis in dño gaudere, incom  
 modis mederi veluti pprijs. Mansuete corripere errantē, docere  
 nescientē, erigere lapsum, cōsolari deiectū, adiuuare laborantē  
 subuenire agenti, in summa oēs opes tuas, omē studiū, oēs cur  
 ras ad hoc referre, vt q̄ plurimis p̄s in Christo, vt quēadmo  
 dū ille neq̄ sibi nat⁹ est, neq̄ sibi vixit, neq̄ sibi mortuus ē, sed to  
 tū se donauit vsib⁹ nr̄is, ita et nos fratrū cōmoditatib⁹ inseruiam⁹  
 nō pprijs. Quid si fieret, nihil eēt religiosorū vita, neq̄ latius,  
 neq̄ facilius, quā nunc cōtra tristē fere videm⁹ et laboriosam,  
 ac iudaicis superstitiōib⁹ plenā, nec ab vllis laicorū vicijs, immu  
 nē, in nōnullis cōtaminatiorē, Quod hominū genus si nunc res  
 uisceret Augustinus, quo authore vitæ plaricq̄ gloriatur, Monach  
 orū vita  
 q̄ sit cor  
 rupta,  
 pfecto ne agnosceret quidē, clamaretq̄ nihil se minus probatu  
 rū fuisse, q̄ hoc vitę genus, neq̄ ad superstitionē Iudeorū, sed ad  
 Ap̄lorū regulā viuēdi rationē instituisse. Sed audio iādudū qd  
 mihi respondeat, quidā paulo saniores, In minimis vigilandum  
 ne paulatī defluat in maiora vicia. Audio & approbo, verū nō  
 paulo magis aduigilanduz, ne sic inhæreas minimis, vt a maxi  
 mis penitus excidas. Ibi periculū euidentius, sed hic grauius, Ita  
 Scyllā fugito, ne in Charybdim incidas, Ista facere salutare est,  
 sed eis inniti p̄nitiosum. Paul⁹ nō te verat elementis vti, sed ser  
 uire nō vult elementis. eū qui liber est in Christo. Nō dānat le  
 gē factorū, sed si quis ea legitime vtať. Sine his fortasse pius nō  
 eris, sed nō ista te piū faciūt. Conducēt ad pietatē, ita si quidem  
 in hoc vtare. Sin frui cōperis, pietatem oēm semel extinguunt,  
 Ap̄lus cōtemnit opa Abrahæ, quæ summa fuisse nemo nescit,  
 & tu tuis confidis. Deus auersatur victimas & sabbata, & neo  
 menias populi sui, quorū omniū ip̄e fuerat author. An audebis  
 tuas obserua iunculas, cum diuinæ legis præceptis conferre?  
 tamur eis



Audi tamen ad ista nausentē ac stomachantē deū. Quo mihi  
multitudinē victimarū vestrarum dicit dominus. Plenus sum.  
Holocausta arietū, & adipē pinguiū et sanguinē vitulorum, &  
agnorū & hircorū nolui, Cum veneritis ante cōspectū meum,  
qs quæsiuit hæc de manibus vris, vt ambularetis in atrijs meis?  
Ne offeratis vltra sacrificium frustra. Incensum abominatio est  
mihi. Neomeniā & sabbatū, & festiuitates alias nō ferā. Iniqui  
sunt coetus vri, Calendas vras et solēnitates vras odiuit anima  
mea facta sunt mihi molesta laboravi sustinens. Et quum exten-  
deris manus vras auertā oculos meos a vobis, & quum mul-  
tiplicaueritis oratiōes vras, nō exaudiā vos Nōne quū obserua-  
tiōes et ritus sacrorū cōmemorat, tū multiplicatas oratiōes, tan-  
q̄ digito notat eos, qui religionē numero psalmorū aut precum  
metiunt? Attende & illā q̄ mire diuinū fastidiū ppheta facūdus  
exaggerat, vt iam neq; auribus neq; oculis ferre potuerit Quæ  
tandē obsecro? Nimirū quæ ipse tanta religiōe seruanda tradis-  
derat, quæ tanta veneratiōe tot sæculis fuerant a regib<sup>9</sup> sanctis &  
pphetis obseruata. Et hæc detestat adhuc in lege carnali, & tu-  
tuis domi tibi natis obseruatiunculis fidis in lege spiritali? Idem  
alio loco eundem pphetam clamare indefinenter & instar tubæ  
vocē iubet intendere, videlicet in re seria & acri rephensiōe dig-  
na, quæq; fere nō nisi magna cōtentione ab istis obtinere queat  
Me inquit de die in diem querūt, & scire vias meas volunt, quasi  
gens quæ iusticiā fecerit, & quæ iudiciū dei sui non dereliquerit  
Rogant me iudicia iusticiæ, & appropinquare deo volūt Qua  
re ieiunauimus, & non aspexisti, humiliuimus animas nostras  
& nescisti. Ecce in die ieiunij vestri inuenit voluntas vestra, &  
omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiōes  
ieiunatis, & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq;  
ad hanc diem, vt audiat in excelsō clamor vester. Nunquid tale  
est ieiuniū qd̄ elegi per diē affligere hominē animam suā. Nun-  
quid contorq̄re quasi circulū caput suum, & sacco & cinerē ster-  
nere? Nunquid istud vocabis ieiuniū, & diē acceptabilē domino  
Sed quid hoc esse dicemus. Dānat de<sup>9</sup>, quod ipse mandarāt. Mi-  
nime. Quid igitur, in carne legis manere, & in re nihili confis-

Ieiunium  
quomō  
deo placet

Esa  
i.

Esa  
xi.  
Ma  
xv.  
Ma  
vij.  
Esa  
i.

Esa  
lvij.

Esa.  
lvij.

Yoa  
lij.



Esaię. i. dere, id vero detestatur. Proinde utroque loco quid velit accedere demonstrat. Lauamini inquit, mundi estote, auferte malam cogitationum vestrarum de oculis meis. Quum audis mala cogitationum, nonne palam spiritum & internum hominem denotauit? Oculi domini non vident in manifesto, sed in occulto, neque secundum visionem oculorum iudicant, neque secundum auditum aurium arguit. Nescit fatuas virgines, foris expolitas, intus inanes, Non nouit eos qui labijs dicunt domine domine. Deinde admonet usum vite spiritualis, non iam in ceremonijs que in proximi charitate sitam esse. Querite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, similia subtexit, & alteri loco de ieiunijs, Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, Solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos qui contracti sunt liberos, & omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam. Quum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris, Quid igitur faciet Christianus? Negliget ecclesie mandata, contemnet honestas maiorum traditiones? damnabit pias consuetudines Imo si infirmus est, seruabit ut necessarias, si firmus & perfectus, tanto magis obseruabit, ne sua scientia scandalizet fratrem infirmum. & occidat eum, pro quo mortuus est Christus, Hac oportet non omittere, sed illa necesse est facere. Non damnantur opera corporalia, sed perferuntur inuisibilia, Non damnatur cultus visibilis, sed non placatur deus. nisi pietate inuisibili. Spiritus est deus, & spiritualibus victimis flectitur. Turpe sit Christianis ignorare, quod gentilis quidem poeta non ignorauit Qui de pietate precipiens Si deus inquit est animus, ut nobis carmina dicunt. Hic tibi precipue sit puramente colendus. Ne contemnamus authorem, vel ethnicum, vel minutum, Sententia est magno etiam theologo digna. & ut ego quidem deprehendi, tam intellecta a paucis, quam a nemine non lecta. Ea vero est huiusmodi. Similia similibus afficiunt, tu deum tauro celo, aut thureo vapore moueri magis nopere credis, quasi corpus esset. Mens est, & quidem purissima simplicissimaque. Proinde potissimum mente pura colendus.

G iij

Vita christiana nota in ceremonijs que in charitate sita.

Gentiles qualiter deum adorauerunt

Catonis locus vulgo non bene intellectus.



Opere bo  
norū cōfu  
ratio nisi  
recte sit.

duus est, Tu cereū accensum, sacrificiū putas. At David sacrificiū inquit deo spūs cōtribulatus, Et si despexit sanguinē hircorū aut vitulorū, at cor contritum, & humiliatum non despiciet, Si facis, quod tribuitur oculis hominum, multo magis adhibe, quod requirunt oculi dei, Religioso cucullo tegitur corpus quod tū si mūdānā vestē gerit animus? Si niueat tunica velatur homo exterior, sint & interioris hominis vestimēta candida sicut nix Si lentū agis foris, multo magis cura ut vacet mens intus. In templo visibili demittis genua corporis, nihil agit, si in templo peccatoris stas erectus contra deū. Veneraris lignum crucis, magis sequere mysteriū crucis, Ieiuniū agis, & abstines ijs, quæ non coinquinant hominē, & nō cōtines ab obscenis sermonibus qui polluūt, & tuā, & alienā conscientiā? Corpori subducitur cibus & anīa siliquis porcorū sese ingurgitat? Exornas ædem saxeam religioni habes loca sacra. Quid refert, si templum pectoris cuius parietem perfodit Ezechiel, abominationibus Aegyptijs phanatū est? Sabbatū agis foris, & intus omnia viciorū tumultibus perstrepunt. Non mechatur corpus, sed auarus es, iam mœchus est animus. Psallis lingua corporea, sed intus auscultata quid dicat animus. Ore benedicis, & corde maledicis. Corpore angusta cellula cōtineris, & cogitatiōe per totō orbem vagaris, Audis verbū dei corporeis auribus, magis audias intus Quid em̄ dicit ppheta? Nisi audieritis intus, plorabit animavra Quid autē legis in euangelio? Ut videntes non videant, & audientes non audiant. Et rursum ppheta, aure audietis, & nō percipietis. Beati igit, qui intus audiunt verbū dei. Foelices quibus dñs intus dicit v̄bū, & saluabunt animæ illorū, Hanc autē iubetur a David inclinare filia regis, illa, cui⁹ omnis decor ab intus in fibris aureis, Deniq; quid refert, mala non facere, quæ affectu concupiscis? Quid refert bona foris agere, quibus diuersa sūt intus? An magnū est quod corpore Hierosolimā odis quum intra remetipsum sit Sodoma, sit Aegyptus, sit Babylon? Nō magnū est carnis calcaneis vestigia calcasse Christi, at maximū, affectu sequi vestigia Christi. Si maximū est contigisse sepulchrum dñi non maximum erit expressisse mysterium sepulturae, Accusas

Ps. l.

Math  
xv.

Ezech  
vii.

Matth  
vii.  
Esaie.  
vi.  
Hiere.  
v.  
Ps. xli  
x.

Esa  
v.

Lu  
vij

Eze  
xxx  
ij.

Esa  
lix.

Ro



apud sacerdotem hominem tua peccata, vide quō excuses apud deū. Nā apud illū accusare, intus odisse est, Tu forte sigillis cereis, aut pecuniola, aut peregrinatiuncula semel elui culpas credis. Tota erras via, Intus acceptū est vulnus, intus pharmacum admoueat necesse est. Corruptus est affectus, amasti, quod erat odio dignū, odisti, quod erat amandum. Dulce tibi fuit amarum & amarū dulce, Nihil moror, qd exhibeas foris. Sed si mutatis vicibus, quod mō amabas, odisse, fugere, horrere cœperis, si dulcescit affectui, qd mō nō fel sapiebat ita demū sanitatis argumentum accipio. Amauit multum Magdalena, & dimissa sunt ei pctā multa. Quo magis Christum amabis hoc magis oderis tu vicia, nā odiū pcti consequit amorem pietatis, velut vmbra corpus, Malo te semel mores tuos viciosos intus ac vere odisse, q̄ decies verbotenus detestari apud sacerdotē, Ergo vt quadā exēpli grā reulimus, in toto theatro mundi hui⁹ visibilis, in vere lege, in noua, in omī mandato ecclesiæ, deniq̄ in teipso atq̄ in omni negotio humano, foris caro quadam est, intus spūs, In quib⁹ si non ordinē faciemus præposterū, sed in his quæ videntur nō ita multū fiducia ponentes, nisi quatenus ad meliora momenti qd adferūt, semp ad spm, et ea quæ charitatis sunt, respiciamus, euademus non tristes vt isti et imbecilles, semper pueri (vt puerbio dicit) aniales, ossa arida (vt apud prophetam est) spiritū non habentia, lethargici, stupidi, rixosi, liuidi, susurrones sed excelsi in Christo, ampli charitate robusti, & ad vtrancq̄ fortunā tunc stabiles, ad minia cōuenientes, ad sūma enitētes, pleni alacritatis, pleni sciētia, quā qui reiiciunt, eos reiicit et ille scienciarū dñs. Impericia em̄, quā fere comitat indocilitas, & quam græci pulchre vocant Φιλαντιαν, sola facit, vt (qd ait Esaias) cōfidam⁹ in reb⁹ nihil, & loq̄mur vanitates, concipiam⁹ laborē & pariamus iniquitatē, Semper seruiamus trepidi atq̄ humiles ceremonijs Iudaicis. De euiusmodi loquens Paulus: Testimonium (inquit) perhibeo illis, quod zelum quidem dei habent, sed non secundum scientiam. Quid autem ignorabant? Nempe quod finis legis Christus. Christus autem spiritus est, charitas est. Apertius autem Esaias miseram & inutilem istorum ser-

Indulgētia q̄ mō p̄sunt.

Opus oē ex carne cōstat & spū.

Φιλαντιαν quantum noceat.

Esaiæ locus.

Esaiæ v.

Luce vij.

Ezech xxxv ij.

Esaiæ lix.

Ro. x



uirtutem in carne describit Propterea inquit captiuus ductus est  
 populus meus, quia non habuit scientiam, Et nobiles eius interi- Esaie.  
 runt fame, & multitudo eius siti exaruit. Non mirum quod populus v.  
 seruit elementis huius mundi, videlicet vulgus indoctum, & non nisi de  
 alieno pectore sapiens, Magis mirandum, quod religionis Christianae Math  
 quasi primates, in eadem captiuitate, fame intereunt, & siti ex- xiii.  
 arescunt. Quare fame intereunt, quia non didicerunt a Christo fran-  
 gere panes ordeaceos. Siliqua modo asperam circumlingunt, medul-  
 lam non eruunt, Quare siti exarescunt Quia non didicerunt a Mose  
 aquam de spiritali petra elicere, neque hauserunt de fluminibus, quae de  
 ventre Christi fluunt aquae uitae. Hoc autem dictum est de spiritu, non de Exo.  
 carne, Tu igitur mi frater, ne tristibus laboribus non multum promoue- xv.  
 as, sed mediocri exercitio cito gradis & vegetus euades in Chri- Ioan.  
 sto hanc regulam diligenter amplexus, ne velis cum inmundis animalibus vij.  
 humi reptare. sed super alis illis nitens, quos Plato putat in animis  
 amoris calore elicitas denuo pullulascere, a corpore ad spiritum, a  
 mundo visibili ad inuisibilem, a litera ad mysterium, a sensibilibus ad  
 intelligibilia, a compositis ad simplicia temetipsum quasi gradibus  
 quibusdam scalae Iacob erige. Ita ad se propinquanti, vicissim ap-  
 propinquabit dominus, & si tu per viribus de tua caligine sensuum stre-  
 pitu conaberis assurgere, occurret ille commode, e luce sua in-  
 accessibili, & silentio incogitabili, in quo non sensuum tantum omnis  
 tumultus, sed intelligibilium omnium imagines conticescunt.

¶ Canon sextus.

Et quum ex tempore scribenti, aliud ex alio in mentem venit, subtexat  
 & sextam regulam superioribus quodam modo cognatam, tam necessariam  
 ad salutem vniuersis, quam a paucis cure habitam. Ea est ut animus  
 ad Christum, anhelantis, a vulgi tantum factis tantum opinionibus quam maxime  
 dissentiat, nec aliunde quam ab vno Christo pietas exemplum pe-  
 tat. Hoc est enim vnicum archetypum, vnum quisque vel vnguam discesse-  
 rit, a recto discedit, atque extra viam occurrit. Proinde Plato grauis-  
 ter profecto, ut plerumque, in politica sua, negat eum virtutem constan-  
 ter tueri posse, qui de turpi atque honesto nullis certis opinionibus  
 mentem imbuerit. Et quanto perniciosius falsas opiniones  
 de iis quae ad salutem pertinent, animo penitus insidere. Quare

Panes or-  
 deaceos  
 frangere A-  
 qua de pe-  
 tra mysti-  
 ce.

Alae Pla-  
 tonice sunt  
 intellectus  
 et voluntas.  
 Christus  
 ad se festi-  
 nantibus  
 vltro fit  
 obuiam,

Platonis  
 sententia  
 de turpi  
 pietate  
 isto,



hoc vel imprimis curandū putat, vt custodes illi, quos oportet  
 oī turpitudine vacare, q̄ optias opiniones de fugiendis atq; ex-  
 petēdis, easq; q̄ certissimas, tanq; leges qualdā sanctissimas anī-  
 mo insculpāt suo. Quicquid em̄ persuasione penitus inhæsit aīo  
 id q̄sq; moribus exprimit, Eoq; præcipua Christianorum cura  
 huc intendi deberet, vt pueri iam inde ab incunabulis inter ipsas  
 blandicias nutricū, & parentū oscula, inter literatorū manus per-  
 suasiones imbibant Christo dignas, propterea quod nihil vel al-  
 tius insidit animo, vel hæret tenatius, q̄ quod rudib; (vt inq; Fa-  
 bius) annis inditur. Procul procul ab auriculis infantibus ama-  
 toriæ cantūculæ, quas domi forisq; cantillāt Christiani, spurcio-  
 res, q̄ vnq; ethnicorū vulgus receperit. Non audiant accepta ia-  
 ctura rei, materculā eiulantē, non amissa sorore se miseram ac de-  
 stitutā clamitantē. Non audiāt patrē ignauā opprobrantem ei,  
 qui iniuriā non scenore retulerit, non admirante eos qui rem-  
 quocunq; mō fecerūt amplissimā. Ingenium hoīs ad vicia p̄clis-  
 ue, perniciosum exemplū statim arripit, nō aliter, q̄ ignem vicis-  
 nū naphtha. Quanc̄ idē hoc nulla non ætate agendū, vt oēs vule-  
 gi errores, ab ipsis vsq; radicib; ex animo reuellant, atq; in eorū  
 locū salutare opiniones inserant, adeoq; roborentur, vt nullis  
 rebus queant cōuelli, Quod qui fecerit, is nullo negotio virtutē  
 sua sponte sequet, & secus agentes miseratione, non imitatione  
 dignos iudicabit. Huc em̄ pertinet illud a Socrate non absur-  
 de dictū, quanc̄ ab Aristotele reprehensum, virtutē nihil aliud  
 esse q̄ scientiā fugiendorū, atq; expetendorū. Non qd' viderit  
 discrimē inter cognitionē honesti atq; amorē, sed quemadmo-  
 dū Demosthenes pnuntiationē primū, secundū ac tertiu in elo-  
 quentiā respōdit esse, videlicet adeo præcipuā partē significans,  
 vt in ea tota esse duceret itidē Socrates agens cū Pythagora, ar-  
 gumentis euincit, tantū in oīni v̄tute momenti scientiā adferre,  
 vt peccata nō aliunde p̄ficiscant, q̄ a fallis opinōib;. Etenim et  
 qui Christū amat, & qui voluptatē, pecuniā, honorem falsum  
 amat nimirū vtriq; dulce, bonū, ac pulchrū sequunt, At hila-  
 buntur inscitia, pro dulci amplectentes quod est acerbissimum  
 p̄ acervo fugientes, quod est dulcissimū, itē pro bono ac lucro

Pueri Ch-  
 ristianorū  
 qualiter  
 statim in-  
 stituendi.

Virtus q̄  
 mō a Sos-  
 crate diffi-  
 nitur.

Pronūci-  
 atio in or-  
 ratoria p̄  
 maxima

Peccata  
 vnde p̄-  
 ueniant.

H



sequentes, qd' merū est detrimentū, p dāno timentes, qd' vnicū  
est lucrū, id pulchrū iudicātes, qd' est foedū, id pudēdū opinātes,  
qd' solū est gloriosum. Porro si cui penitus psuasum sit, ac iā ve  
luti cibus in animi substātiā sit traiectū, solam virtutem, optimā  
esse, dulcissimā, pulcherrimā, honestissimā, vtilissimā, cōtra tur  
pitudinē, vnicū esse malū, cruciatum, foedū, erubescendū, dāno  
sum, atq; hac non opiōe populari, sed ipsa natura rerum metias  
tur. si fieri nō potest, vt ea cōstante psuasōe diu in malis hareat  
Pessimus em̄ iā olim tū viuēdi, tū sentiēdi author vulgus ē. Ne  
q; vnq; ita bene actū est cū rebus hūanis, vt non pessima placue  
rint plurimis. *Cave sic cogites, Hoc nemo non facit.* His vesti  
gijs maiores mei sunt ingressi. Hac in sententiā est ille tant<sup>9</sup> phi  
losophus, tantus theologus. Sic viuūt a magnatib<sup>9</sup>. Hoc regiū  
est institutū. Hoc & ep̄i & pontifices summi faciunt. Hi profe  
cto vulgus non sunt. Nihil te moueat ingētia nomina. Ego vul  
gū nō loco, sed pectore metior. Vulgus sunt, quicunq; in specu  
illo platonico vincti suis affectibus inanes rerum imagines pro  
verissimis rebus admirant. Nōne prepostere facias, si quis nō la  
pidē regulæ, sed regulā lapidi conē applicare? Nonne multo  
absurdus, si quis nō hominū mores ad Christum, sed Christum  
ad hominū vitā labore inflectere? Non ideo rectū puta, q̄a pri  
mores, quia maxima pars hominū faciunt, sed ita demū rectum  
est, quod sit, si quadrat ad regulā Christi. Imo hoc ipso tibi sus  
pectum quid esse oportet, quod plurimis placet. Pusillus grex  
est, & erit semp, cui cordi est Christiana simplicitas, paupertas,  
veritas. Pusillus ē, sed beatus, quippe cui soli debet regnū coe  
lorū, Arcta est via virtutum, & a per paucis calcata, sed non alia  
ducit ad vitā. Prudens aedificator vtrū tandē ab vltatissima, an  
ab optimo operi petit exēplum? Pictores non nisi optimas tabu  
las sibi proponunt. Exēplū nostrū Christus est, in quo vno Math  
vij.  
oēs insunt beatę viuēdi rationes. Hunc sine exceptione licebit  
imitari. Ceterū improbitatis viris, eatenus vnūquodq; in exem  
plū vocare cōueniet, quatenus respondebit cū archetypo Chris  
ti. De vulgo autē Christianorū sic existima, nullum vnq; fuisse  
corruptius, nec apud ethnicos quidem, quantū ad opiniones de

Vulgus  
pessimus  
iudex.

Vulgus  
q dicant.  
Specus  
Platonis  
cus.

Christias  
non vero  
rū q; par  
uus sit nu  
merus.

Vulgus  
Christias  
non pesti  
mum.



moribus attinet. Ceterum de fide, quid sentiant, viderint ipsi.  
 la. ij. Hoc certe indubitatissimum est, fidem sine moribus fide dignis  
 adeo nihil iuuare, vt etiam in cumulū cedat damnationis. Euolu-  
 ue veterū annales, & confer horum temporum mores, Quan-  
 do vera probitas despectior? quando sic in precio habitae di-  
 uitiae vñdecunq; parte. Quo vnq; saeculo verius illud Horac-  
 tianū. Scilicet vxorē cum dote, fidemq; & amicus, Et genus &  
 formā regina pecunia donat? Et illud eiusdem. Nam genus &  
 virtus, nisi cū re, vilior alga est. Quis iā non serio legit ironiā illā  
 Satyricā? O ciues, ciues, quare da pecunia primū. Virtus post  
 nummos? Quando luxus solutior. Quando supra, adulteria,  
 vel latius potuerunt, vel impunitiora fuere, vel minus in pro-  
 bro? dum in alijs, suis vicijs indulgent principes, & quisq; spes-  
 ciosum factu ducit, quicquid aulicorum mores abijt? Cui non  
 extremū malum ac probrū videtur pauperies? Olim in scorta  
 tores, in sordidos, in gloriosos, in admiratores pecuniae, etiam  
 de plaustris famosa scommata iacebantur, in spectaculis gentili-  
 um, scite notatis vicijs applaudebatur a vulgo, quibus nunc a  
 Christianorū proceribus male laudatis applauditur. Nō tulerūt  
 theatra Atheniensium histrionem e tragedia quapiam Euripidis  
 saltantē verba cuiusdam auari, vnā pecuniam reliquis humanae  
 vitae cōmodis praefereendis, ac plane futurū erat actorem cum to-  
 ta fabula exploderent, eijcerentq; nī mox assurgens poeta, pau-  
 lisp etiā manere iussisset, ac spectare, quorsum admirator ille au-  
 ri esset euasurus. Quā multa sunt apud illos exēpla eorū, q̄ e bñ  
 administrata rep. praeter honestam opinione nihil in tenuem fas-  
 miliā retulerūt, q̄ fidē pecunia, qui pudicitia vita potiorē habue-  
 rūt. Qui neq; p̄ speris rebus insolescere, neq; aduersis frangi po-  
 tuerūt? Qui honesta pericula voluptatibus anteposuerūt? Qui  
 sola cōsciētia recti cōtenti, neq; honores, neq; opes, neq; reliqua  
 fortunae cōmoda desyderabant? Et vt ne cōmemorē Photionis  
 sanctitatē Fabricij diuitis potiozem paupertatem. Camilli mag-  
 nanimitatē, Bruti seueritatem Pythagore pudicitiam, Socra-  
 tis inexpugnabile cōtinentiam. Catonis integritatē, ac mille pul-  
 cherrima omniū virtutū decora, quae passim in Lacedaemonio

Fides sine  
 operibus  
 nihil pros-  
 dest.

Mores  
 nri saeculi  
 oim pessimi.

Diuitias  
 gentiles  
 magis cō-  
 tēperūt  
 q̄ Christi-  
 stiani.

Pecunia  
 quātum  
 apud ves-  
 teres spre-  
 ta fuit.



Augusti  
ni laus.

Christia  
ni veri q  
mō cōtēs  
prui sunt.

De vā no  
bilitate.

rū in Persarū, in Atheniensium in Romanorū annalibus leguntur magno quidē nostro pudore, diuus Aurelius Augustinus ut ipse de se in cōmentarijs confessionū suarū testatur, iam multo priusq̃ Christū indueret, contēperat pecuniā, pro nihilo habebat honores, gloria nō cōmouebat, volupta tibi<sup>9</sup> aut vsq̃ adeo frena negarat, vt hō adolescens, vna muliercula cōtentus esset cui & cōiugij fidem seruabat. Hos animos, hęc exempla, inter aulicos, inter ecclesiasticos, addam, & inter monachos non temere q̃s inuenerit. Aut si qui huiusmodi extiterit, ilico velut asinus inter simias ostentui ac risui erit, delirus, hebes, hypocrita, rerū imperitus, melancholicus, amens oīm vna voce diceñ, ac ne hō quidē iudicabit. Sic Christiani Christi doctrinam veneramur, sic exprimimus, vt nihil vecordi<sup>9</sup>, nihil abiectius, nihil magis pudendū iam vulgo habebatur, q̃ vere ac toto pectore esse Christianū, Quasi aut Christus frustra versatus sit in terra, aut alius sit nūc, q̃ olim, Christianismus, aut non ex aqua pertineat ad oēs. Ab his igit volo te toto animo dissentire, & rerū omniū precia, vnius Christi cōmunionem metiri. Quis vulgo non præclarū autumat, atq̃ inter præcipua bona ponendū claris maioribus prognatū, id quod nobilitatem nominant. Nihil te moueat, quum audis hui<sup>9</sup> seculi prudentes viros, graues, summaq̃ autoritate præditos admodum serio de stemmatū gradibus, adductis supercilijs, tanq̃ de re vehementer ardua differentes, et magno conatu magnas nugas, effugientes, quū vides alios sic auorū atq̃ ataurū imagiūbus tumētes, vt reliquos præ se vix hoīes esse iudicent. Sed horum errorum Democrito risu prosequens, id quod res est reputa, vnicā ac summā esse nobilitatem, in Christo renatū esse, illius insitū esse corpori, vnum corpus & vnū spm̄ fieri cū deo Sit alij regum filij, tibi maximum sit, quod & es & diceris filius dei, illi sibi placeant, qd̄ in aulis principum versent, tu elige cum David abiectus esse in domo dei. Attende quos elegerit Christus, infirmos, stultos, ignobiles, secundū mūdum. In Adam omnes ignobiles nascimur, in Christo omnes vnū sumus. Vera nobilitas est inanē contēnere nobilitatem. Vera nobilitas est, seruum esse Christi, hos tibi maiores esse puta

Ro. xi  
Psal  
lxxxix  
ij.  
i. Cori  
i.



quorum virtutes æmulans. Audi quid in euangelio dixerit optimus æstimator nobilitatis ad Iudeos, qui se iactabant de generis authore Abraham. Quali vero authore. Non tantum illustri nō solū opulento, non mō victore regū, sed ob diuinas virtutes diuinis ornato præconijs? Quis istud non insigne, non gloria dignum existimet? Audi qd audiuerint. Vos ex patre diabolo estis. Et opera patris vestri facitis. En tibi Paulus & ipse ad magistrum regulā generositatē æstimans. Non em̄ (inquit) om̄es qui ex circūcisione sunt Israel. hi sunt Israelitæ, neq; qui secundum semen sunt Abraham om̄es filij. Pudenda ignobilitas seruire turpitudini. cū Christo nullā habere cognationē, qui non agnoscit, nisi qui faciunt voluntatem patris sui, qui in cœlis est. Turpiter spurcius est, qui patrem habet diabolum, habet autē, qui illius opera facit, nisi mentitus est Christus, sed non nouit mentiri veritas. Suprema generositas est & filiū, & hæredē esse dei, fratrem autē & coheredem Christi illorum insignia, quid sibi velint, ipsi viderint, Christianorum insignia sunt cōmunia quidem omnib; sed tamen illustrissima, crux, corona spinea, clauis, lancea, stigmata dñi, quæ Paulus in corpore suo se gestare gloriatur. De nobilitate itaq; vides quanto alia te sentire velim q̄ vulgus opinat. Eū vero q̄ plurimū auri domi cōgessit, q̄ non vulgo beatū, diuitē, ac fœlicē vocat. Tu sat beatū, imo solum beatū iudica, qui Christū, qui summū bonū possidet, Qui præciosam illā margaritā bonæ mentis vel rerū oim, vel corpis etiam dispēdio mercatus eū. Qui thesaurū inuenit sapientiæ, cunctis opibus p̄ciosoꝝ rē. Quia Christo ditissimo aurū emit ignitū, p̄batum, vt locus ples fiat. Quid igit̄ sunt ista. quæ multitudo mirat̄, aurū, gēma, prædia. Falso nomine diuitiæ, vero spineæ, quæ semen diuini verbi suffocant, iuxta parabolā euangelicā, sarcinæ sunt, quib; onusti, nec p̄nt per peractā viam Christū nudum sequi, nec per hostiū humile intrare in regnū cœlorū. Ne pilo quidē temetipsū meliorem puta, si vel Midas vel Croesos opibus vincas sed alligatiorem, impeditiorem, onostriorem. Abunde sat habet qui ista potest fortiter contemnere. Satis prospectum est ei, cui nihil defuturū promisit Christus, Non esuriet, cui sapit manna

H iij

Insignia  
Christianorum.

Verē diuitiæ.



Damnum  
et lucrum  
Christia-  
norū.

Vera vos  
luptas.

Verus as  
mor q̄s.

verbi diuini, Non erit nudus, qui Christum induit, Hoc solum  
damnum existima, quoties aliquid de pietate decessit, & vicij  
accreuit. Ingens lucrum puta, quū mens accessiōe virtutis facta  
est melior. Nihil tibi deesse puta, si eum possides, in quo sunt  
om̄ia. Quid aut̄ hoc est, quod miseri voluptatē nominant? Pro  
fecto nihil minus, q̄ quod dicitur, Quid igitur? Mera insania  
est, & plane, quod Graci dicere solent, Aiacis risus, dulce ve-  
nenum, blanda perniciēs. Vera & vnica voluptas, gaudium est  
puræ conscientiae. Lautissime epulæ sunt studium sanctarū scri-  
pturarum, iucundissime cantilenæ, psalmi spirit̄ sancti, festiuis-  
sima societas, cōmunio sanctorū omniū, Summe delectiō, fructio  
veri. Tu modo purga oculos, purga aures, purga palatum, &  
incipiet tibi dulcescere Christus. Quo vere gustato, etiam si Mi-  
lesi, Sybaritæ. Azoti, Epicurei, breuiter vniuersi voluptatum  
architecti, om̄es suas illecebras in vnum conferant, præ vno illo  
nausea videbunt. Non id protinus dulce est quod sapit, sed q̄  
sano sapit. Si febricenti aqua vinū sapit, nemo istud voluptatem  
noīat, sed morbū. Erras, si non credis pijs hoībus longe iucun-  
diores esse suas lachrymas, q̄ impijs, risus, cachinnos, iocosq̄  
suos, Non his dulcius esse ieiunium. q̄ illis attagines, phasides  
aues, perdices, acipenseris, aut Rhombus suos, Horum fru-  
gales mensulas holosculis & leguminibus Pythagoricis instrus-  
ctas, non longe lautiores esse, q̄ istorum sumptuosa fastidia. De-  
niq̄ vera voluptas est. Amore Christi, falsis delitijs non solici-  
tas, lam amoris & odij vocabulis, vide q̄ mundus abutatur.  
Quū adolescens insanus puellā deperit, id vulgus amorem ap-  
pellat, quū nullū verius sit odium. Verus amor vel suo dispen-  
dio cōmodis alienis consulere cupit, Ille quo nisi ad suā volup-  
tatem spectat. Igit̄ non illam, sed semetipsam amat, quanq̄ ne se  
quidē amat. Nemo em̄ aliū amare potest, nisi se prius amauerit  
Nemo quemq̄ odisse potest, nisi se prius oderit, Verum bene  
amare, nōnunq̄ bene odisse est, & recte odisse, amasse est, Ero-  
go qui ob tantillū cōmodū ( vt putat ) suum, puellæ blanditijs,  
mūerib⁹, tendit insidias, vt illi q̄d habet optimū eripiat, integri-  
tatē, pudorē, simplicitatē, bonā mentē, famam, vtrum hic odisse



se an amare tibi videtur? Profecto nullum hoc odio odium atrocius. Quom inepi parentes liberorū vicijis indulgent vulgo aiunt, q̄ tenere hi suos amant filios? Imo q̄ crudeliter oderunt? qui dū suis morē gerūt affectibus, liberorū salutē habent neglectui. Quid aliud nobis precatur hostis inuidissimus diabolus, q̄ vt hic impune peccantes in æternum incurramus supplicium? Lesnem magistrū, & misericordē principem vocant, qui sceleribus quibusdā conuiuet, vel etiā fauet, vt hoc peccent licentius, quo impunitius. At quid aliud minā per prophetā dñs ihs, quos sua misericordia putat indignos? Et non visitabo inquit sup filias vestras quando fornicant, & sup nurus vestras, quando adulterantur, David vero quid promisit? Visitabo inquit in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata eorū. Misericordiam autem meā non dispergā ab eis. Vides, vt in Christo mouentur omnia & rerū vocabula permutētur. Qui seipsum male amat, is capitaliter odit. Qui in sese male misericors est, is crudelissime sauit. Bñ curare, negligere est. Bene lādere, prodesse. Bene perdere seruare est, Ipse tibi curæ eris, si carnis desideria contempseris, Si bene sauiaris in vicia, hominē beneficio iuueris. Si peccatorem occideris, hoīem seruaueris. Si perdideris quod fecit homo, restitueris quod fecit deus. Age vero iā potētiā & imbecillitatem fortitudinē & ignauiam qd esse putet error popularis? Nonne potentē nomināt eū, q̄ quē velit facile queat lādere? Quāq̄ odiosa nimium potentia est, nocere posse, id quod est istis, cum cantaridibus & scorpis, atq̄ ipso adeo diabolo commune, videlicet dare malū. Solus deus vere potens est, q̄ nocere, nec p̄r, si velit, nec vult si possit, q̄ppe cui⁹ natura ē bñfacere Sed potēs iste quō tandē lādet hoīem? Eripe pecuniā, pulsabit corpus, adimet vitā? Si pio hoī id facit, bñficiū p̄ maleficio dedit, sin in probo, hic occasionē qdē administrauit. sed ille ip̄e sibi nocuit. Nēo em̄ nisi a se ip̄o lādīt. Nēo aliū parat lādere nisi lōge grauius ip̄e sese lādat prius Domnū pecuniā mihi dare paras, iā tu charitate amissa dānū grauissimū tibi ip̄i d' disti. Nēo nō pōt mihi vuln⁹ infligere, qn ip̄e prius vuln⁹ mltō atroci⁹ accepis. Nō adimes mihi vitā corpis, nisi tute tibi prius aīaz iugularē. At Paul⁹ ad inferēdā

Vera potentia.

Ledit nemo nisi a seipso.

Osee.  
iii.  
Ps. lxxxi  
i.



Vera fortitudo.

iniuriam imbecillis, ad ferendam validissimus, nonne gloriatur sese in Christo posse omnia? Fortem & animosum vulgo nominant eum, qui ferox & impotentis animi ad quantumvis leuem iniuriam effervescent iracundia, & conuictum conuictio, malefictum maleficio retaliat. Contra quae acceptam iniuriam mussuat ac dissimulat, hunc ignauum pusillanimum, instrenuum appellitant. Imo quod alienius a magnitudine animi, quam verbulo dimoueri a statu mentis, & adeo alienam stulticiam non posse continere, ut hominem te non putes esse, nisi malefictum maleficio superaris. At quanto fortius, animo excelso & amplo nullam iniuriam non posse negligere, insuper & pro maleficio beneficium reddere? Nonne ego forte dixerim quod in hostem audeat, qui moenia superet, qui vitam contemptam omnibus periculis obijciat caput, id quod est pene gladiatoribus omnibus commune, at animi quod possit vincere, qui ex animo bene velle male volentibus, bene mereri de male merentibus, bene precari, male precantibus, huic denique debet cognomen fortis atque magnanimi, Execuciam? & illud, quod mundus gloriam, ignominiam ac pudorem nominet, Laudaris ob quid? & a quibus? Si ob turpia, & a turpibus, ista vero falsa est gloria, & vera ignominia. Vituperaris, rideris, qua gratia, & a quibus? Ob pietatem, ob innocentiam, utique a malis, non ista ignominia, sed nulla verior gloria. Esto sane, vel uniuersus mundus explodat, exhibilet, non potest non esse gloriosumque, quod approbat Christus. Etsi quicquid est mortalium, applaudit atque acclamat euge euge, non potest non esse pudendum, quod deo displicet. Prudentiam vulgo vocant, rem parare strenue, partem probe constabilire, & porro in posterum prospicere. Sic enim passim & serio loquentes audimus frugi homo est, catus, cordatus, consultus, prouidus, de iis qui breui rem faciunt lautiores. Hoc mundus qui mendax est ipse, & per eius. At qui dicit veritas? Stulte inquit, hac nocte repetet a te animam tuam? Expleuerat horrea messibus, instruxerat comenatu omnes apothecas, abunde multum pecuniae domi condiderat, nihil restare putabat, non (quod fere faciunt) ut congestis opibus inops custos incubaret, quemadmodum draconem vellus aureum seruasse poetae fabularent, sed uti partis fruerent, & tamen hunc stultum appellat euangelium, Quid enim stulti? quid vecordi?

Vera gloria.

Vera prudentia.

Philipp.  
p. iiij

Ioan.  
viiij.  
Luce.  
xij.

Esa.  
v.

Ro.  
xij.



q̄ vmbriſ inhiantem, res veras amittere, id qd̄ ſolemus in cane  
 illo Aefopico ridere. Et in Chriſtianorū moribus nō magis ri-  
 dendū eſt, vel flendū potius. Incallidus mercator habet, quem  
 Comicū illud fugerit. Pecuniā in loco negligere, maximum in-  
 terdū eſt lucrū, qui p̄ns lucellū admittat, qd̄ non ignoret ingens  
 diſpendium conſecuturum. Quanto inconfultius, huic vmbra-  
 ticæ vitæ omnibus horis mutati tanta ſolicitudine p̄ſpicere, qd̄  
 tñ fuerat ſuppeditandū a deo, & in futurā vitā nihil cōſulere, quā  
 ſp̄ calamitoſiſſimā exigam⁹ oportet, niſi fuerit ingenti cura pro-  
 ſpectū. Aliū errorē accipe. Solertem & rerum peritum vocant.  
 qui romuſculos oēs captans, nouit toto qd̄ fiat in orbe. Quæ  
 fortuna mercatuū, quid Britannorum tyrannus moliat, quid  
 nouatū Romæ, quid ortū in Gallijs, quomodo Daci victitent  
 & Scythe. Quid cōſultēt principes. Breuiter qui oī de negotio  
 apud oē genus hoīm garrere calleat, eū aiunt ſapere. Quid autē  
 incogitātius, qd̄ inſcitius, q̄ quæ procul ſiāt, q̄ ad te nihil attinēt,  
 ea veſtigare, q̄ vero in tuo pectore gerātur. & vel ſola ad te per-  
 tinēt de ijs ne cogitare quidē. Narras mihi tumultus Britanni-  
 cos, narra magis, quid in tuo pectore tumultuent ira, inuidia, li-  
 bido, ambitio. Quā p̄pe iam iſtæ ſub iugo miſſæ ſint. Quæ ſpes  
 victoriæ. Quāta belli pars proſtigata. Quā inſtructa ratio. In hiſ  
 ſi vigilans, ſi auritus pariter & oculatus, ſi ſagax, ſi circūſpectus  
 fueris, ſolertē te p̄nunciabo. Atq; illud qd̄ in nos mundus ſolet  
 iacere, in ipſuz te torq̄bo Nec q̄qd̄ ſapit, qui ſibi nihil ſapit. Ad  
 hunc modū ſi oēs mortaliū curas, gaudia, ſpes, mei⁹, ſtudia, ſen-  
 tentias excuſſeris, inuenies plena erroris om̄ia Dū bonū dicunt  
 malū, & malū bonum, dulce faciunt amarum, amare dulce, lu-  
 cē faciūt tenebras, & tenebras lucem. Et hæc quidem hominum  
 multo maxima turba eſt. Verum oportet hos ſimul & contem-  
 nere, ne ſimilis illorum eſſe velis, & miſereſcere, vt eos tui ſimi-  
 miles fieri cupias, atq; (vt Auguſtini v̄bis vtar) tū flere cōuenit  
 irridendos, tū irridere flendos. Noli in malis cōformari huic fœ-  
 culo, ſed reformare in nouitate ſenſus tui, vt probes, non quæ  
 mirent hoīes, ſed quæ ſit voluntas dei. & beneplacens, & perfe-  
 cta, Periculo p̄ximus es, planeq; labalcis, ſi circūſpectare cœpſiſ  
 I

Mercas  
 tor bon⁹  
 pecuniaz  
 in loco ne-  
 gligit.

Solertia  
 vera Nos  
 uſtatū ſas  
 migerato-  
 res.

Ne quic⁹  
 quam ſas  
 pit qui ſis  
 bi nil ſas  
 pit.

Flere irris  
 dēdos Iris  
 ridere flē-  
 dos.

Eſaie.  
 v.

Ro.  
 xij.



quid agāt pleriq; sic captare, quid sentiant, Tu vitæ ac lucis filius  
us, sepeliant sine mortui mortuos suos, cæci cæcorum duces sic  
mul in foueam abeant. Cause quoq; ab exemplari tuo Christo  
cordis oculos dimoueas. Non errabis, veritatis ductū sequens  
Non impinges in tenebris, post lumen ambulans. Hoc præ  
lucente si fucata bona a veris, si vera mala a falsis se creueris,  
horrebis non imitaberis cœcitatē multitudinis ad inanissima  
rerū ludibria, vicibus quibusdā affectionū iræ, inuidiæ, amor  
ris, odij, spei, metus, gaudij, doloris, quouis Euripo inquietius  
æstuantis, Bragmāi, Cynici, Stoici, mordicus sua dogmata tueri  
solent, & reclamante mundo explodentib; exhibitantibus om  
nibus tamen vrgent pertinaces, qd sibi semel persuaserūt Aude  
& tu secte tuę decreta penitus in animo figere, aude securus ac  
totus in authoris tui sententiam pedibus descēdere.

Philosof  
phi sectas  
suas fortis  
us tuent  
q; Christi  
ani suā.

Sup hoc  
vide omi  
liā superuā  
gelio. Hō  
qdā erat  
diues qui  
habebat  
villicum  
Luce. xvi  
Itē Augu  
stinū lib.  
I. de Ciui  
tate ca. ix  
Vicia odi  
o habēda  
nō hoies.

Communi  
na Chris  
tianorum  
oīa eē de  
bant.

¶ Opiniones Christiano dignæ.  
¶ Hęc sp apud te cōstēt veri Christianismi paradoxa. Vt ne q; s  
Christian; se sibi natū esse putet, neq; sibi velit viuere. Sed q; qd  
habet, aut est, id oē non sibi tribuat, sed deo authori ferat accep  
tū, oīa sua bona oībus existimet esse cōia. Proprietatē Christiana  
charitas nō nouit, Pios amet in Christo, impios pp; Christum,  
q nos adhuc inimicos sic dilexit prior, vt se totū nobis redimens  
dis impenderit, Illos cōplectat, qd boni sint, hos nihilominus,  
vt bonos reddat, Neminē prius hoīem oderit, non vtiq; magis  
q; fidelis medic; odit agrotū, vtiq; tm sit inimic; Quo grauior  
est morbus, eo maiorē curam adhibebit pura charitas. Adulter  
est, sacrileg; est, Turca ē, execret; adulterū nō hoīem, sacrilegū  
aspernet, nō hoīem. Turcā occidat nō hoīem Det opam, vt im  
pi; pereat, quē ipse se fecit, sed vt seruat hō, quē fecit deus. Oib;  
ex anio bñ velit, bene p;ceat, bñfaciat, Neq; noceat cōmeritis, &  
prosit imerentibus, Omnium cōmodis p;inde vt suis aggratu'et,  
Omnium incōmodis, nō secus q; suis indoleat. Nimirum hoc est  
qd iubet Ap;lus, flere cū flētib; gaudere cū gaudentib;. Immo  
grau' alienū malū ferat q; suū. De fraterno bono laxior sit, q; Ro.  
de pprio Nō est Christiani sic cogitare. Quid mihi rei cū isto?  
Albus aterey sit nescio, ignotus est, alienus est, nihil vnquam

Joan.  
xij.  
Math  
vii.  
Math  
xv.

Ro  
xij.  
et G  
ij.

Itē  
q; s. iij  
c. duo.  
istano  
mia.

Ro.  
xij.



bene de me meritis est, Laetitiam aliquando, nonnunquam profuit, Nihil horum, tantum memineris, quo merito tibi, quae praestiterit, Christus, qui suam in te beneficentiam, non in se, sed in proximo voluit retailiari. Tantum vide, quibus egeat ille, & quid tu possis. Tantum tu hoc cogita, confrater est in domino, cohaeres in Christo, eiusdem corporis membrum, eodem redemptus sanguine, fidei communis socius, ad eandem gratiam & felicitatem futurae vitae vocatus. Quemadmodum dicit Apostolus. Unum corpus, & unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocatioms vestrae, unus dominus, & una fides. Unum baptisma unus deus, & pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Alienus esse non potest, qui tibi quam multiplex intercedit unitatis copula? Apud gentes momenti non nihil adferat, vel ad benevolentiam, vel malevolentiam ille rethorum circumstantia. Conciuis est, affinis est, cognatus est, aut contra. Familiaris, amicus paternus, benemeritus, gratus, honesto loco natus, opulentus, aut secus. In Christo aut nihil sunt, aut iuxta Paulum, unum & idem sunt haec omnia, hoc unum tibi obseruetur ob oculos, & satis sit. Caro mea est, et confrater est in Christo. Quod in membrum conferatur, nonne in uniuersum corpus redudat, atque inde in caput? Omnes sumus inuicem membra. Membra cohaerentia constituent corpus, Corporis caput Iesus Christus. Christi caput deus. Tibi fit, singulis fit, Christo fit, deo fit, quicquid vel unius cuiuslibet membro fit seu bene seu male. Haec omnia unum sunt Deus, Christus, corpus, & membra. Non recte inter Christianos locum habet illud, Pares cum patribus, & illud. Dissimilitudo mater odij. Quorsum enim dissensionum vocabula, ubi tanta est unitas? Non sapit Christianismum, quod vulgo Aulicus oppidano, rusticus urbane, patricius plebeo, magistratus priuato, diues pauperi, clarus obscuro, potens imbecilli, Italus Germano, Gallus Britannico, Britannus Scoto, Grammaticus theologo, grammaticus dialecticus, Iurisperito medico, doctus ideota. Eloquens infacundo, Celebs marito, Iuuenis seni, clericus profano, sacerdos monacho. Minor Coleta, Carmelita Iacobita, & ne omnium discrimina referam, nugatoria in re dissimilis dissimilis est iniquior. Vbi charitas, quae & hostem diligit.

Vnus quisque  
ter omnes sumus  
in domino.

Odio hos  
minime et  
traheret  
ex nihil  
rebus.



git qñ cognomen cōmutatum, qñ color vestis nonnihil diuersus, qñ cingulus, aut calceus, & similia dedit deliramēta hominū me tibi faciunt inuisum? Quin potius pueriles istas nugas mittimus, & illud quod ad rem pertinet præ oculis habere consuescimus, qd' multis locis inculcat Paulus, oēs nos in Christo capite vnus esse corporis mēbra eodē animata spū? si tamen in illo viuimus, vt neq; scelicioribus mēbris inuideamus, & imbecillioribus libenter subueniamus. Vt intelligam⁹ nos ipōs accepisse beneficiū cū beneficiū præstitimus proximo, nos lesos, quū nocitum est fratri. Neq; quisq; proprie sibi studeat, sed pro sua virili quisq;, quod accepit a deo, in commune conferat, vt illo res fluant omnia, vnde fluxerant, puta a capite Hoc videlicet, quod Paulus scribit Corinthijs. Sicut enim inquit corpus vnū est, & mēbra habet multa. Omnia autē mēbra corporis qñ sint multa vnū tamē corpus sunt, ita & Christ⁹. Etenim in vno spiritu oēs nos, in vnum corpus baptizati sumus, siue iudei, siue gentiles, siue serui, siue liberi, & omnes in vno spiritu potati sumus. Nam & corpus, non vnū est mēbrum, sed multa. Si dixerit pes, qm̄ non sum manus, nō sum de corpe, nū ideo non est de corpe? Et si dixerit auris, qm̄ nō sum oculus, non sum de corpe, nū ideo non est de corpe? Si totū corpus est oculus, vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? Nūc autē posuit deus mēbra, vnū quodq; eorum in corpore, sicut voluit. Quod si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra, vnū autem corpus. Nō potest autē oculus dicere manui, opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij. Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt, Et quæ putamus ignobiliora esse membra corporis, his honorem abundantiorē circundamus. Et quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorē honestatem habent. Honestas autem vestra nullius egent. Sed deus temperauit corpus, ei cui deerat abundantiorē tribuendo honorem, vt non sit scisma in corpore, sed in id ipsum pro inuicem sollicita sint membra. Vos autē estis corpus Christi. & membra de mēbro. Consimilia scribit Romanis, Sic enim inquit in vno corpore

Mēbrorum  
varia officia.

Mēbra in  
firmiora  
necessariora  
sunt.

Ephes  
iij.

i. corin  
xij.



pore multa mēbra habemus, omnia autē membra non eundem  
 actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singu-  
 li autem alter alterius membra, habentes donationes secundum  
 gratiam, quæ data est nobis, differentes, Rursus ad Ephesios.  
 Veritatē autē inquit facientes in charitate, edificamus in illo per  
 oīa, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum  
 & connexū, per omnem iacturam subministrationis, secundum  
 operationē in mensurā vniuscuiusq; membri, augmentum cor-  
 poris facit, in ædificationē sui in charitate. Et alibi iubet inuicem  
 alios aliorū, onera gestare, quoniam sumus inuicem membra  
 Vide igitur, num ad hoc corpus pertineant, quos passim audis  
 ad hęc modū loquentes, Mea res mihi hereditate obuenit, iure  
 nō fraude possideo. Quare ea nō meo arbitratu vtar, atq; abus-  
 tar? Quare iisdem inde, quibus nihil debeo? Profundo, perdo  
 Meū, qd̄ perit aliorū nihil interest. Membrum tuum tingitur  
 inedia, & tu ructas perdicum carnes. Frater nudus horret, tibi  
 tantum vestiū tineis & carie viciatur. Tibi mille aureos vnus  
 noctis alea perdidit, dum interim misera quæpiā puella, adigen-  
 te egestate pudicitiam suam prostituit, & perit, anima pro qua  
 Christus impedit animam suam Tu dicis quid mea. Quod me  
 um est pro meo arbitrio tracto. Et postea isto eū animo tibi vis-  
 deris Christianus, q̄ ne hō quidē sis? Ludis in cœtu multorū  
 ledi famam huius atq; illius, tu taces aut forte arrides obirectanti  
 Cōfutassem inq; si qd̄ ad me pertinuissent quæ dicebant. At ni-  
 hil mihi cū illo qui ledebat. Ergo nihil tibi cum corpore, si nihil  
 cū membro. Ne cū capite quidem aliquid, si nihil cum corpore  
 Vim, vt inquit, ius est repellere, nihil moror, qd̄ leges imper-  
 atorix pmittāt, hoc demiror vnde istæ voces in mores Christi-  
 anorū puenerunt. Nocui, sed lacessit? Malo dare malū q̄ in me  
 admittere. Esto non puniūt leges hūanæ. quid indulerunt. At  
 quid facturus est Christi⁹ impator tu⁹, si suæ legi fraudem feceris  
 quæ extat apud Mattheum? Ego autē dico vobis non resistere  
 malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præ-  
 be illi & alteram, & ei qui vult tecum in iudicio contendere, &  
 tunicā tuam tollere, dimitte ei & palliū. Et quicumq; te angaria-

Abusus  
bonorū.

Ludus

Obiecta  
torib⁹ au-  
rē dātes.Vim vt  
repellere  
an liceat  
Christia-  
nis.



Inimici diligendi.

uerit mille passus, vade cū illo et alia duo, Diligite inimicos vestros. Et bñfacite his qui oderūt vos, & orate pro persequētibus & calūniātib⁹ vos, vt si is filij p̄ris vestri, qui in caelis ē, qui solem suū oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Respondes, non mihi ista dixit. Dixit Apostolis, dixit perfectis. Nonne audisti, vt filij patris v̄ri sitis? Si filius nō cupis esse, nihil ad te pertinet lex. Quanc̄ ne bonus quidem est, qui perfectus esse nolit, Accipe & illud si mercedem non desideras, nihil ad te mandatum, sequitur enim, Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Quasi dicat nullam. Neq̄ enim istud facere virtus est, sed non facere scelus est. Neutri debetur quicquam, quū par relatum est pari. Audi Paulum magnum Christianorum legum, & consultum, & interpretem. Benedicite persequentibus vos. Benedicite, & nolite maledicere, nulli malum pro malo reddentes. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum irae. Scriptum est enim, mihi vindictam, & ego retribuam dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, potum da illi. Hoc em̄ faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Noli vinci malo, sed vince in bono malum. Quid igitur futurū est inquis, si procacitatē alienam mea lenitate aluero, & veterem ferendo iniuriā, inuito nouam? Si potes malum sine tuo malo vel effugere, vel depellere, nemo te vetat facere, si minus caue dixeris, facere satius est q̄ pati. Si potes, emenda, vel beneficijs obruens, vel mansuetudine vincens, sin a'iter, praestat alterum perire, q̄ vtruncq̄, praestat te patientiae lucro ditescere, q̄ mutua talione mali malos amobos fieri. Ergo Christianum decretum sit, cum omnibus amone mansuetudine, beneficio certare, contentione, obtreccatione, contumelia, iniuria, vel infirmis etiam libenter cedere. Sed indignus est, cui benefiat, cui concedatur, ac dignum te, vt facias, dignus Christus, Ad cuius gratiam sit. Neq̄ ledere quenquā volo (aiunt) neq̄ laedi me patiar. Immo tu laesus ex animo remitte noxam, cauens ne quid sit, quod quisquam tibi

Paulus legū cōsultus.

Iniurias pati q̄ facere Christiano cōuenit.

Christiani decretum.

Luca vi.

Ro. xij.

Deus trono xxxij.



Eccle. ij. bi remittat. Tam obseruans esto, in vincula culpa tua, q̄ facilis ad remittendam alienam. Quo maior es, hoc te magis magisq̄ summittas, vt omnibus in charitate inseruias. Si claro genere es, non obscurabunt, sed decorabunt, nobilitatem generis, mores Christo digni. Si doctus es, hoc modestius imperatorum inscitiam feras & emendes. Hoc fratri plus debes quo plus tibi creditum est. Diues es, memineris dispensatorem esse te, non dominum, ac sollicitus viue, quomodo rem communem tractes. Tu credebas solis monachis interdiciam esse proprietatem? Indiciam paupertatem? Errasti, vtrunq̄ ad omnes Christianos pertinet. Lex te punit, si quid alieni sustuleris, non punit, si tuum fratre egente subtraxeris. At vtrunq̄ punit Christus. Si magistratus es, ne te faciat honor ferociorem, sed onus sollicitorem. Non gero inquis minus ecclesiasticum, non sum pastor aut episcopus. Demus istud, at num etiam Christianus non es? Ipse videris cuius sis, si ecclesiasticus non es. Adeo Christus in contemptum venit mundo, vt pulchrum existiment & regium, nihil cum eo habere commercij, hoc quonq̄ contemptiorem esse, quo fuerit illi copulatio. An non audis quotidie ab iratis laicis, atrocis conuicij loco nobis in os iaci, Clerici, sacerdotis, & monachi vocabula? idq̄ prorsus non alio animo ac voce, q̄ si incestum aut sacrilegium exprobrarent? Equidem demiror, quor non etiam baptismum obijciant, quor non etiam cum Saracenis Christi cognomen probri vice impingunt. Si malum clericum, aut indignum sacerdotem dicerent, aut monachum irreligiosum, ferendi erant, quippe cum mores hominum notarēt, non virtutis professionem contemnerent, Sed qui sibi supra virginum res bello raptas, pecuniam alea vel partam vel perditam, & id genus plurima facinora gloriae ducunt, in alium vero nihil habent contemptius, aut probrosius, aut magis pudendum, quod obiectent, q̄ monachi aut sacerdotis vocabulum, nimirū obscurum nō est, quid de Christo sentiēt isti, solo nomine Christiani. Non est alius episcoporum, ali<sup>9</sup> magistratuū civilium dñs, Eiusdem vices gerunt vtriq̄. Eidem vtriq̄ reddenda erit

Christus  
 ipsis etiam  
 Christianis  
 nis cōtenu  
 ptui est.

Monachi  
 ac sacerdo  
 tia voca  
 bula quo  
 mō a laicis  
 rident



Simoniam  
in vtroque  
foro commi-  
tatur.

Magistra-  
tus quomodo  
se tenere  
debeat.

Magistra-  
tus indige-  
nt quomodo  
libenter  
gerit  
magistra-  
tum.

Princeps  
ac regens  
res quomodo  
debet

Animadu-  
uertant  
hoc prin-  
cipis.

ratio. Si alio quam ad illum respicis, vel suscipiens magistratum vel gerens, nihil refert, si te mundus non vocat symoniacum ille certe ut symoniacum puniet. Si publicum munus ambis, non ut pro sis in comune, sed ut priuatim rei tuae consulas ut vlcis caris, quibus male vis, magistratus tuos latrocinium est apud deum. Insequeris praedones, non uti suum recipiat, qui spoliatus est, sed ne non sit apud te, quod apud praedones est. Quantum quaeso inter te & illos interest: nisi forte, quod illi quidem mercatorum, tu praedonum es praedo. In summa nisi hoc animo geris magistratum, ut paratus sis non dicam rei, sed & capitis iactura quod iustum est tueri, non approbabit Christus administrationem tuam. Addam & illud ex Platonis sententia, neminem esse magistratu dignum, qui libenter gerit magistratum. Si princeps, caue ne te incantent maleficae ille assentatorum voces. Dominus es, supra legem es, liber es, omnia tibi iusta, omnia honesta. Tibi licet, quicquid libet. Nihil te, quae vulgo dicuntur a sacerdotibus. Imo tu id quod res est, existima, vnum omnium esse dominum Christum Iesum, cuius te quam simillimum esse oportet, quippe cuius vicees geris. Huius disciplina nulli praestanda exactius quam tibi a quo seuerius rationem est exacturus, quam alijs. Non protinus ius esse putato, quod vis, sed id tantum velis, quod ius est. Quod vlli mortaliu turpe futurum erat, id ne tibi quidem putaris honestum. Imo ne illa quidem tibi permittit, quae vulgo solent condonari. Quod in alijs delictum, in te flagitium fore puta, Honorem admirationem, dignitatem, gratiam, auctoritatem, non opes tibi concilient plebeis maiores, sed mores emereantur, popularibus meliores. Non ea discat in te mirari vulgus, quibus illa ipsa facinora inuiscantur, in quae tu quotidie animaduertis. Tolle admirationem diuitiarum, Vbi fures, peculatores, sacrilegi, praedones? Tolle admirationem voluptatum, vbi raptores atque adulteri? Quos tiens splendidior apud tuos videri vis, ne stultorum oculis opes tuas explices, quam foelicior, ne luxum & voluptates ostentes. In te primum discant ista contemnere, discant suspicere virtutem in precio habere fragilitatem applaudere temperantiae, honorem habere modestiae. Ne quid eorum tuis in moribus appereat, quae



tui fasces in populi moribus puniunt. Optime recideris maleficia, si materiam maleficiorum diticias & voluptates, in te non viderint magni fieri. Ne quem vel media de plebe præ te contempseris, Commune ex æquo præcium est, quo vtrique estis redempti. A contemptu te non strepitus ambitionis, non ferocitas, non arma atque satellites vendicent, sed vitæ integritas, seueritas, ac mores ab omnibus populi vitis incorrupti, Nihil prohibet, in obeundo principatu summam tenere locum, & in charitate nullum discernere locum. Hoc principatum esse puta, non opibus præcedere, sed quæ plurimum omnibus prodesse. Non ea quæ publica sunt in tuum commodum verte, sed quæ tua sunt, teque ipsum totum, ad publicam vtilitatem effunde. Multa tibi debet populus, at tu illi debes omnia. Ambitiosa nomina inuiciti, sacrosancti, maiestatis, & si coguntur ferre aures, animus certe non agnoscat, sed hæc omnia in Christum cui soli cõpetunt referas. Lesæ maiestatis crimen, quod alij tragica voce efferunt, apud te leuissimum sit, Maiestatem principis is vere lædit, qui principis nomine, contra ius, crudeliter, violenter, flagitiose quid facit. Nullius iniuria te minus moueat, quæ quæ priuati ad te pertinet Publicam personam esse te memineris, nec oportere, nisi de publico cogitare, si cordatus es reputa tecum non quantus sis, sed quantum onus habueris sustineas. Et quæ maiore in periculo versaris, hoc minus indulge tibi non maioribus tuis, aut assentatoribus formam administrandi imperij, sed a Christo petens. Quid enim absurdius, quæ principem Christianum Hannibalem, Alexandrum magnum, Cæsarem, aut Pompeium sibi proponere? In quibus ipsis, quum quasdam virtutes nequeat assequi, ea potissimum imitabitur, quæ sola erant fugienda. Non protinus exemplum trahatur, si quid approbantibus historicis fecit Cæsar, sed si, quod fecit, non abhorret a doctrina domini nostri, aut si est huiusmodi, ut quanquam imitandum non est, ad virtutis tamen studium possit accendere. Non totum quidem imperium tantum sit, ut prudens velis a recto deflectere. Exue potius illud, quæ exuas Christum. Ne dubita, habet ille quod tibi referat pro contempto imperio, longe melius imperio. Nihil tam

Principatus  
quæliter  
regendus est

Gesta ant  
tiam res  
gum ac du  
cum quas  
tenus imi  
tanda.

Galla  
ij.

I v



decorū, tam magnificum, tam gloriosum regibus, et ad summi  
 regis Iesu similitudinem et proxime accedere, qui ut erat maxi-  
 mus, ita & optimus erat, Sed quod maximus esset, id in terris  
 dissimulavit, quod maximus id nos sentire maluit, quia hoc  
 nos maluit imitari, Negavit regnum suum de hoc mundo esse,  
 quum esset coeli terraeque dominus. Sed principes gentium dñantur  
 eorum. Christianus non exercet potestatem in suos, sed chari-  
 tatē, & qui maximus est omnium, ministrū se cogitet esse, nō dñm  
 quo magis admiror patris & dñi ambiciosa vocabula, ad ipsos  
 usque pontifices summos & episcopos inuectā fuisse. Nec pu-  
 dere theologos non minus indocte et ambitiose magistros no-  
 stros vulgo appellitari: quum utrunque Christus interdixerit su-  
 is, ne vel dominos vel magistros vocari se sinerent, vnum enim  
 esse tum magistrum tum dominū, qui & caput omnium nostrū  
 Christus Iesus, Apostolus, pastor, epūs, officij sunt vocabula,  
 nō dominatus, Papa, Abbas, charitatis cognomina sunt, nō po-  
 testatis. Sed quid ego mare illud vulgariū errorum ingredior?  
 Ad quodcumque hominum genus se converteris, multa ubique vi-  
 debit homo vere spiritualis quae rideat, plura quae fleat. Plurimas  
 opiniones deprehendet deprauatissimas, & a Christi doctrina  
 longe lateque dissidentes. Quarum bona pars inde proficiscitur  
 quod etiam in Christianismo mundum quendam induximus,  
 & quod apud veteres theologos de mundo legitur, hoc parum  
 eruditi, ad eos referunt, qui monachi non sunt. Mundus in e-  
 uangelio, apud Apostolos, apud Augustinum, Ambrosium, Hieronimum  
 dicuntur increduli, a fide alieni, crucis Christi inimici, blasphemii in deum.  
 Qui huiusmodi sunt, solliciti sunt de crastino, quippe qui diffidunt de Christo, pro opibus, pro  
 imperio, pro voluptatibus digladiantur, utpote qui sensibilis-  
 um rerum praestigijs occaecati falsa bona pro veris amplectuntur.  
 Hic enim mundus Christum verum lumen non cognouit.  
 Hic totus in malo positus, se amat, sibi vivit, sibi studet, non enim  
 induit Christum, qui vera charitas est. Ab hoc semouit Chri-  
 stus, non solum apostolos, sed omnes quos se dignos iudicauit  
 Quo tandem igitur modo hunc semper in literis damnatum

Regum  
 vna glos  
 riā si reg  
 regum se  
 quunt ve  
 stigia.

Tituloꝝ  
 magnoꝝ  
 vanitas  
 q̄s tamen  
 Theoloꝝ  
 gi maxie  
 amant.

Mundus  
 qd dicat  
 apud ve  
 teres The  
 ologos.

Ioan.  
 xvij.  
 Math  
 xx.

Mar.  
 ix.

Math  
 xxij.

Ioan.  
 i. iij.  
 et xv.  
 ij. Co.  
 iij.

Ioan.  
 i. 10.  
 v. 10.  
 i. iij.



mundum cum Christianismo miscemus? Et mundi inani vocabulo nostris, vicijs blandimur? Augent hanc pestem plerique doctores, qui adulterantes verbum dei, ut ait Paulus, & ad temporum mores scripturam diuinam trahentes, quum magis conueniat mores ad scripturam regulam emendari Nul- lum autem exitialius assentiendi genus, quum verbis euange- licis, aut prophetis, animi morbis blandimur, non medemur.

**ij. cori** **iiij.** **Theolog**  
**Ro** **xiiij.** **ger mo**  
**Luce.** **xvii.** **deruor a**  
**Mar.** **vi.** **dultera**  
**Math** **ix.** **doctrina**  
**ix.** **Lu** **iiij.**

Audit princeps, Omnis potestas a deo, protinus surgunt cri- sta. Quur magis tumidum te reddit scriptura quum sollicitum? Cogitas quod deus tradidit tibi gerendum imperium, & non cogitas quod idem gesti imperij exiger rationem? Audit auarus, interdictum Christianis, ne binas habeant tunicas In- terpretatur theologus, alteram tunicam esse quicquid necessi- tati naturae super sit, & quod ad morbum cupiditatis pertineat. Bene habet, inquit Crassus ille, mihi adhuc plurima desunt. Audit animalis, & a charitate frigidus hunc esse charitatis ordi- nem. & tuam pecuniam alienae, tuam vitam alienae, tuam famam alienae anteponas, Non dabo inquit igitur, ne forte mihi ipsi de- sit, Non tuebor illius famam, ne quid maculae meae aspergatur fama. Fratrem in periculo deseram ne veniam & ipse in periculum Breuiter mihi viuum totus, ne quid vilius noie ad me perueniat incommodi. Didicim⁹ et a sanctis viris, si quid non imitandum fecerunt, id solum in vitae exemplum trahere, Adulteri, & sanguinarij, Da- uid exemplo sibi blandiuntur. Qui sacculis inhiant, diuitem. Zi- braham nobis obijciunt. Principes, quibus pro ludo est pas- sim viciare virgines, Solomonis reginas & concubinas nobis annumerant. Quorum deus venter est, Noe ebrietatem praes- texunt, Incesti, Loth concubitum prae tendunt suae turpitudini.

**Gene.** **xiiij.** **Re** **xi.** **Ge. ix** **Ge. ix**

Quur in istos a Christo declinabimus oculos? Audeo dicere ne in prophetis quidem aut apostolis imitandum Christianis, si quid a Christi doctrina diuaricetur. Quod si sanctos pec- catores libet imitari, non reclamo, modo totos imitentur.

**Luce.** **vij.**

Secutus es David adulterantem, magis sequere poeniten- tem, Expressisti Magdalenam peccatricem, exprime & aman- tem multum, exprime lachrimantem, exprime ad pedes

**Crassus a**  
**uariciae**  
**notatus**  
**apud his**  
**toricos**  
**et poetas**

**Excusatio**  
**oes in pec**  
**catis.**

**ij. Reg xi.**  
**& xij.**



Iesu sese abiicientem. Persequutus es ecclesiam dei cum Paulo, peierasti cum Petro, fac & ceruicem porrigas pro pietate cum Paulo, crucem ne formides cum Petro. Ideo Patitur deus & magnos viros in quadam vicia labi, ne nos lapsi desperemus, sed ita, si quemadmodum socii fuimus errantium, ita simus & emendantium errata. Nunc illud ipsum quod imitandum non erat, exaggeramus, & quadam recte ab illis facta deprauamus, araneorum instar tantum si quid inest veneni exuentes, aut salutarem etiam succum nobis vertentes in venenum. Quid tibi cum diuite Abraham cui numisma numen est? Quod ille proventu fortuna, deo rem illius fortunante, diratus est, idque in lege carnali, ideo ne tibi Christiano licet per fas nequasque, vndecumque Cræsi opes congerere, quas vel male profundes, vel peius domi defodias, Ille diuitijs sponte affluentibus, quod non adiecerit animum, vel hoc argumento sit. Quod statim ad iubentis dei vocem filium vnicum mactandum produxerit. Quam credis contempsisse bouum armenta, qui contempsit & filium? Tu vero nihil aliud somnians quam quæstum, nihil admirans nisi pecuniam, paratus simul atque inciderit, exigui lucelli spe, vel fratrem fallere, vel Christum negligere, simile quiddam tibi putas esse cum Abraham? Simples puellæ filia Loth, quum conspicerent omnem quaquaversum regionem incendio conflagrare, hoc vniuersum mundum arbitantes, quod oculis patebat, neque vllum iam vsquam mortalium ex tam vasto incendio superstite esse præter sese, non turpi, sed pio consilio patris concubitu suffuratae sunt, ne videlicet nullæ generis humani reliquiae superessent præsertim quoniam adhuc vigeret diuinum præceptum, Crescite, & multiplicamini Et audebis tuas prodigiosas libidines cum harum puellarum facto conferre? Immo & coniugium tuum harum incestui, non dubitate posthabere, si quidem in matrimonio non proli seruis, sed tuæ libidini. David tot egregijs pietatis exemplis æditis, semel incidit in adulterium, obiecta opportunitate, non captata. In ob hoc protinus tibi licebit impune, totam ætatē per alienos thalamos volutari, Petrus semel metu mortis, abnegauit Christum pro quo

Aranearum  
cōpatio.

Excusatis  
o antiqru  
patrum

Excusatis  
o qru  
lappor.

Iaco. xv.  
Ioan. xvij.

Gen. xij.

Gene. xxij.

Gene. c. ix.

Ge. i. et viij.

ij. Re. xi.

Io. xv. iij.





i. Ti. *postea fuerat moriturus, num ideo tibi quavis de causa peierare  
 fas erit? Paulus non affectu peccavit, sed errore lapsus est ad  
 monitus statim resipuit. Tu prudens, sciens, videns, in malis  
 Math. consenescis, & Pauli exēplo tibi ipi caput demulces? Mattheus  
 ix. verbū tantum iussus, nihil cōtatus semel totum exiit thelonea  
 riū, te pecunijs additū nō tot sanctorū exempla, non toties aus  
 dita euāgelia, non tot contiōes auellunt. Dicunt mihi ep̄i diuus  
 Augustinus duas amicas habuisse legitur. Verum ille ethnicus  
 nos in Christianismo educati, ille adolescens, nos cani. Egregia  
 collatio, qm̄ ille iuuenis, ethnicus ne matrimonij pedicis irres  
 tiret, vnā mulierculam vxoris loco habuit. & non vxori, fide  
 dē tamen coniugij pręstitit, ideo nobis Christianis, senibus sa  
 cerdotib⁹, ep̄is, minus scēdū erit, per omnia libidinum volutas  
 bra conspurcari? Actū est de moribus, posteaq̄ vicia virtutum  
 noibus donauimus? & ad tuendam mala nostra argutiores, q̄  
 ad emendandum diligētiores esse cōpimus. Maxime si prauas  
 opiniōes nostras falso patrociniō diuinarū literarū alere ac fulci  
 re cōdidicerimus. Tu igit̄ frater suauissime in totū contempto  
 vulgo, cum suis & opinionibus, & factis, sincere ac totus Chris  
 stianā sectam arripe? quicquid in hac vita, vel horrendum, vel  
 appetendū obijcitur sensibus, id omne pietati, amore ex æquo  
 negligens, Vnus Christus tibi satis sit, vnicus author, & recte  
 sentiendi, & beate viuendi. Et hanc quidem merā stulticiā amen  
 ciāq̄ mundi existimat, sed per hanc placuit deo saluos facere cre  
 dentes. Fœliciter desipit, qui sapit in Christo. Misere desipit qui  
 i. cori. Christū non sapit, Verū heus tu, quemadmodū te volo fortiter  
 i. Philip. a vulgo dissentire, ita nolo Cynicū qddā referentē, passim alio  
 p⁹. iij. rum sententijs aut factis oblatrare, superciliose damnare, odiose  
 obstrepere omnibus, rabiose declamare in vitam cuiuslibet, ne  
 duo simul mala tibi conciskas, alterum vt in omnīū odiū abeas,  
 i. cori. alterū vt inuisus ne queas qdē vlli pdesse. Esto et tu oibus om̄ia,  
 ix. vt omnes Christo lucrifacias. Quo ad licet, non offensa pietate,  
 foris om̄ibus temet accommoda, vt intus quidē immotum sedeat  
 propositum, foris autē comitas, affabilitas, facilitas, commoditas  
 alliciat & fratrē, quē blande conuenit inuitari ad Christum, non*

Correc  
tio debet  
esse lenis.

Correc  
tio nimis  
exasperat  
duo mala  
operatur.



asperitate deterreri, Denique quod sentis, non tam seuis intonandis  
verbis, quam moribus exprimendum. Neque rursus sic intelligendum  
infirmi vultu, ut veritatem in loco fortiter tueri non audeas.  
Humanitate emendandi sunt homines, non decipiendi,

¶ Canon Septimus.

¶ Porro si per infantiam & imbecillitatem animi nostri, nondum  
ad ipsa spiritualia licebit aspirare, nihilo tamen segnus danda erit  
opera, ut saltem in proximis consistamus, Alioqui vera copediariaque  
ad felicitatem via est, si semel totam mentem ita ad celestium rerum  
admirationem conuerterimus, ut veluti corpus umbram, ita amor  
Christi amor attonorum & honestorum natura secum adducat  
fastidium caducorum, & odium turpium. Vtrunque enim necessario con-  
sequitur alterum, et alterum cum altero, vel crescit, vel decrescit. Quantum  
profeceris in amore Christi, tantum oderis mundum, Quo magis mirabe-  
ris invisibilia, hoc magis vilescunt res fluxae ac momentaneae.

Optima  
ab initio  
preponenda.

Oportet igitur, quod in literis suadet Fabius, idem & in virtutis  
facere disciplina, ut statim ad optima nitamur. Quod tamen  
si nostro vicio non contingat, proximum est, ut vel humana quas-  
dam prudentia, a magnis vitijs abstinemus, nosque ipsos (quo  
ad fieri potest) integros diuinae beneficentiae seruemus. Nam ut sa-  
luti propius est corpus, exhaustum quidem illud & inane, verum  
noxijs humoribus liberum, ita mens capacior est diuini muneris,  
nondum grauibus culpis inquinata, tametsi vere virtute  
adhuc vacat. Si imbecilliores sumus, quam ut Apostolos, ut martyres  
ut virgines imitemur, saltem ne committamus, ut ethnici nos in  
hoc stadio videant praecurrere. Quorum plerique, quum neque deum  
nosset, quem verentur, neque inferos crederent, quos formida-  
rent tantum ipsam per se turpitudinem modis omnibus fugiendam esse homines  
censuerunt, adeo ut nonnulli maluerint famae, rei, vitae denique  
iacuriam facere, quam ab honesto discedere. Si ergo tale quiddam est peccatum  
ut nullis commodis aut incommodis propositis sit admittendum pro-  
fecto Christianum hominem, si non dei vel iusticia deterret, vel dehor-  
tat beneficentia, si non vel spes immortalitatis, vel aeternae poenae meo reuo-  
cat, si ne ipsa quidem naturalis poenae turpitudine retrahit, quam potuit & gen-  
tilium animos retrahere, saltem mille incommoda deterreat, quam etiam in hac

Gentilium  
ut ac-  
bitas.

Poenam quam  
ob rem ma-  
xime vitia  
da.



vita peccantē consequuntur, infamia, dispendium rei, egestas, contemptus & odium bonorum, anxietas animi, inquietudo, & ille, multo miserrimus, consciæ mentis cruciatus, quem etiam si nonnulli in presentiarum non sentiunt, siue ætatis hebetudine obscurati, siue peccati voluptati inebriati, tamen sentient posterius, & omnino tantum sentient infœlicius, quanto serius. Quare uenes potissimum sunt admonendi, vt hanc esse peccati naturam, malint tot authoribus credere, q̄ infœlici experientia in semetip̄is discere, neq̄ prius vitam vicij̄s contaminet, q̄ plane quid sit vita cognouerint. Si tibi vilis est Christus, cui tu tanti constas, saltem tua ipsius causa temperato a turpibus. Et quanq̄ vehementer periculosum est, hoc in statu, veluti in triuio (quod aiunt) diutius cōmorari, tamen n̄s, qui nondū queunt ad herolkā assurgere virtutē, non paulo prestabilius ē in politica virtute cōsistere, q̄ in oē turpitudinis genus ire præcipites. Nō hic est fœlicitatis meta, sed hinc ppior ad fœlicitatē gradus. Interim tñ sp̄ orandus deus, vt nos ad meliora dignet arripere.

## ¶ Canon Octauus.

¶ Si crebrius ac grauius ingruet in te tentationum procella, ne protinus tibi incipias displicere, quasi ob id deo tuo vel curæ, vel cordi non sis, aut parum pius, aut etiam minus perfectus. Immo potius grarias age, quod vt futurū heredem erudit, vt charissimum filium flagellat, vt amicum exploret, maximū est argumentū hominē a diuina misericordia reiectum esse quādo nullis tētatiōibus incessit. In mentē tibi veniat Paul⁹ Ap̄stolus, qui ad tertij̄ cœli mysteria promeruerit admitti, tñ ab angelo Satanae colaphizat⁹. Succurrat amicus dei Iob, succurrat Hieronimus, Benedictus, Franciscus, cunq̄ his innumerabiles alij̄ patres, maximis de vicij̄s sollicitati. Si cum tantis viris, si cum tam multis tibi cōmune ē, quod pateris, quid est, quur animū deij̄cias? Magis enitere, vt cum illis vincas. Non destituet te deus, & faciet te etiā cū tentatione prouentum, vt possis sustinere,

Hebe  
xxxij.  
ij. cori  
xij.

I. cori.  
ij.

Tentatio  
frequēs q̄  
liter sustinenda sic.

## ¶ Canon Nonus.

¶ Quod callidi solent imperatores facere, vt in tranquillis etiam rebus tamen excubias agant, itidem tu quoq̄ semper

Prosper  
etiā reb⁹  
cauendū.



animū vigilantem, & circūspectum ad futurum hostis assultū habeas. Nunquā enim ille non circuit, quarens quē deforet, Quo i. Pe v  
paratior esse queas, vt irritantem statim fortiter retundas, exsibilesq; statim pestiferi serpentis caput conteras, Nunquā enim ille vincitur, vel facilius, vel perfectius. Proinde consultissimum est, paruulos Babylonis, illico vt nati sunt, ad petrā, quæ Christus est, alidere, priusq; grandescant. Psalm c. xxxvi. vi.

¶ Canon Decimus.

**Tentator qualiter repellat.** ¶ Repellitur autē maxime tentator his modis, si vel vehementer auerferis animo, statimq; in suggerentem velut expuas, aut ardentem orem, aut ad sanctam aliquam occupationem toto pectore te conferas, aut si verbis e sacris literis petitis tentatori respondeas quemadmodū supra admonuimus. Qua quidem in re non mediocriter profuerit aduersus omne tentationis genus certas quasdam sententias habere paratas, eas maxime, quibus aliquando senseris animum tuum vehementer commoueri.

¶ Canon Vndecimus

**Victoria parca ma i<sup>o</sup> pericu lū imminet.** ¶ Pios hoīes duplex potissimum habet periculū, alterum ne in tentatione succubant, alterū ne post victoriā in consolatione & gaudio spiritali insoleseant. Vt igitur tutus sis, non solū a timore nocturno, verum etiam daemone meridiano, facito, vt quum hostis te ad turpia sollicitat, non tuā ipsius respicias imbecillitatē sed tantum memineris te in Christo te omnia posse, q nō Apłis mō, sed & tibi, sed omnibus suis membris etiam infimis dixit, cōfidite, quia ego vici mundum Rursū quū vel post separatū in stigatorē, vel in pio quopīā opere, senseris mentem tuam, intus arcana quadā voluptate perfundi, tum etiam atq; etiā caueas, ne quid inde tuis meritis arroges, sed totum gratuita beneficentiæ dei feras acceptum Teq; ipsum protinus verbis Pauli reperias Quid habes, quod non accepisti? Et si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Itaq; aduersus duplex hoc malum duplex erit remediū, si & in conflictu, tuæ virtuti diffusus, ad Christum caput tuum configias, atq; in eius huius beneuolentia spem omnem viuendi ponas, & in consolatione spiritali, statim grās agas ille de suo beneficio, tuam indignitatem humiliter agnoscens. Ps. lx. Ioan. xvi. i. cor. iij.



## ¶ Canon Duodecimus.

¶ Quum pugnas cum hoste, non satis sit tibi, si ictum illius declines, aut etiam repellas, nisi fortiter arreptum telum in ipsum auctorem retorseris, suomet illum gladio iugulans, ita fiet, si ad malum sollicitatus, non solum non pecces, sed hinc tibi arripias occasionem virtutis. Et quemadmodum eleganter fingunt poetæ, herculem obiectis ab irata Iunone periculis, animo creuisse atque induruisse, itidem tu quoque da operam, ut hostis instigationibus non solum peior non fias, sed etiam evadas melior. Sollicitaris ad libidinem, imbecillitatem tuam agnosce, ac plusculum etiam tibi de licitis voluptatibus interdicit, ad castas & pias occupationes apponito non nihil auctarijs Instigaris ad cupiditatem, ad tenacitatem, auge elemosinas. Incitaris ad inanem gloriam, tanto magis demitte te in omnibus, ita fiet ut vnaqueque tentatio, si tibi renouatio quedam sancti propositi tui, & pietatis incrementum, Neque enim prorsus alia ratio efficax confitendi profligandique hostem nostrum. Verebitur enim te denuo prouocare, ne qui impietatis auctor esse gaudet, pietatis ministret occasionem.

## ¶ Canon Decimus tertius.

¶ Semper autem hoc animo atque hac spe dimices, quasi ea pugna sit tibi postrema futura, si victor discesseris. Fieri enim potest, ut & istud premij tuæ virtuti largiatur benignitas diuina, ut hostis semel turpiter victus, nunquam postea te repetat. Id quod legimus pijs aliquot viris contigisse. Nec absurde credit Origenes, ut vincētibz Christianis minui copias hostium, dum semel fortiter repulsus, nunquam hominem sollicitandum reuerti permittitur. Ergo in conflictu aude perpetuam sperare pacem. Et rursus ubi viceris, sic te geras, quasi mox in prælium rediturus. Semper enim alia post aliam expectanda tentatio, neque vnquam discedendum ab armis, nunquam relinquenda statio, nunquam remittendæ excubiæ, donec in hoc corporis præsidio militamus. Semper illud propheticum in pectore cuiusque habendum Super custodiam meam stabo.

## ¶ Canon Decimus quartus

¶ Magnopere cauendum, ne quod vicium, veluti leue cons

K

Auctarij  
quidie ad  
ijciendum  
pijs operibus.

Diabolus  
semel for-  
titer repul-  
sus non re-  
uertitur per-  
mittitur.

Abaculis  
ij.



**Leuissis**  
**ma etiam**  
**vicia non**  
**eē contē**  
**nenda.**

**Vicijs sus**  
**is q̄q̄ li**  
**beter iḡ**  
**nosct.**

**Hesiodi**  
**cumulus.**

tēnamus. Nullus enim hostis vicit sapius, q̄ q̄ fuit cōtemptū.  
 Qua in re non paucos mortalium misere falli comperio. Fallū  
 enim seipsos, dum sibi in vno aut altero vicio conuētes, quod  
 pro suis quisq̄ moribus veniale putat, reliqua grauer execra-  
 tur. Bona pars eorum, quos vulgus integros & incorruptos  
 appellat, furtum, rapinam, homicidium, adulterium, incestum  
 oppido detestantur, at simplicem fornicationem, & moderatū  
 voluptatis vsum, vt leue commissum neutiq̄ refugiunt. Alius  
 ad reliqua sat incorruptus bibosior est, in luxu intemperantior  
 Alius linguæ licentioris, alius inanior & iactantior. Quo tan-  
 dem vicio carebimus, si ad hūc modum suo quisq̄ blandietur.  
 Argumentū est istos ne reliquas quidez v̄tutes vere possidere,  
 quib⁹ vllū viciū placet, sed potius simulachra quaedam virtutū  
 quæ vel natura, vel educatio, vel consuetudo deniq̄, & gētiliū  
 anis indidit. At q̄ Christiano odio vnūquodlibet viciū execrat.  
 omnia detestat necesse est. Cuius animum simul vera charitas oc-  
 cupauit, pari detestatione vnīuersam malorum cohortem per-  
 sequit, ac ne in venialib⁹, quidē sibi blandit, ne a minimis sensim  
 ad maxiā dilabat, et dū in leuib⁹ oscitat, excidat a sūmis. Et si non  
 dū forte q̄as vnīuersam viciōrū stirpē euellere, tū q̄tidie de mal-  
 nris aliquid decerpēdū, bonis morib⁹ sp̄ aliquid adijciendū. Ad  
 eū modū decreset aut crescat, ingens ille cumulus Hesiodius.

¶ Canon Decimusquintus.

**Laboris**  
**difficultas**  
**q̄liter les**  
**nienda.**

¶ Si te terrabit labor quem oportet in conflictu tentationum  
 subire, hoc erit remediū. Noli molestiam pugnae conferre cum  
 voluptate pcti. Sed presentē amaritudinē pugnae cōpone cum  
 futura amaritudinē pcti quæ viciū cōsequit, tū presentē dulcedinē  
 culpa, quæ te illectat, cū futura dulcedine victoria & tranquil-  
 litate mentis, q̄ consequit strenue pugnante, & mox videbis, q̄  
 iniqua sit collatio. Verū in hoc fallunt parū cauti, quod amari-  
 tudinē, pugnae cōparant, cū delectamēto pcti neq̄ respiciūt, qd  
 hoc atq̄ illud consequat. Consequit aut viciū, multo tum gra-  
 uior tū diuturnior molestia, q̄ vincti fuerit in congressu futu-  
 ra, victorem item longe maior ac durabilior voluptas, q̄ victo  
 fuerit, quæ traxit in culpā. Id qd facile iudicabit, qui fecerit vtri



ulq; rei periculum. Verū neminē Christianū oportet vsq; adeo ignauum esse, vt quum quotidie succumbat tentationi, non saltem aliquando vel curet experiri, quid sit vincere tentationem. Quod quo fecerit frequentius, hoc fiet victoria dulcior.

¶ Canon Decimus sextus,

¶ Qd' si qñ te cōtigerit lethale vulnus accipere, caue ne p̄tinus abiecto clypeo, relictis armis hosti te dedas, Id qd' animaduerti nō paucis accidere, quib⁹ anīus natura est imbecillior & muliebrior, vt semel postrati, desināt reluctari, seseq; totos permittant affectib⁹, neq; cogitent de recuperāda libertate. Nimisq; periclosa est ista pusillanimitas, quæ cū interdum ingenijs non pessimis adiuncta sit, tñ ad id quod est oīm pessimū solet adducere, desperationē. Aduersus hanc igiŕ hac regula cōmunienda mens est. vel lapsi in p̄ctm, non solū non desperemus, sed gnauos milites imitemur, quos non raro pudor ignominia & accepti vulneris dolor non modo non conijcit in fugam, verū ad fortius, q̄ antea, pugnandum, acuit redintegratq;. Itidem nos quoq;, simul atq; in capitalē noxam fuerim⁹ inducī, illico p̄peremus redire ad cor, & lapsus ignominiam noua virtutis alacritate refarcire. Facilius vni vulneri medeberis, q̄ multis, facilius recenti, q̄ in ueterato iam putriq;. Anīa temeripsum ver siculo illo notissimo, quē vsurpasse Demosthenes legit. Vir fugiens & denuo pugnabit. Cogita Dauid, p̄pheta, regem Solomonē, Petrū ecclesie p̄ncipē, Paulū Ap̄lm, tāta lumina sanctimonie, in qua scelera tñ inciderit. Quos fortasse, v' ob hoc cadere p̄misit de⁹, ne tu laps⁹ despares. Erige te igiŕ ī pedes, sed statī magnoq; anīo, atq; ī pugnā redito, tū ardentior, tū cauior. Fit interior vt & capitalia cōmissa pijs hoībus, cedāt in cumulū pietatis, dū ardentius amāt,

¶ Canon Decimus septimus, (q̄ turpi⁹ errarūt,

¶ Sed aduersus alios atq; alios tentatoris incursus, alia atq; alia remedia sunt accommodatiora. At vnicū, multoq; omium efficacissimum remedium, aduersus omē vel aduersitatis, vel tentationis genus est crux Christi, quæ eadē est & errantibus exemplū, & laborantibus refrigeriū, & pugnanti⁹ armatura. Hæc ē vna cōtra oīa telanequissimi obijciēda. Proinde cōuenit hac di-

Lapsis q̄  
citissime  
ad Chri-  
stū reuers-  
tendū.

Crucis  
Christi ef-  
ficatia &  
verū mys-  
terium.

Kij



ligenter exerceri, non quidem vulgi more, quidam passionis his-  
toriam quotidie relegunt, aut crucis imaginem adorant a ut mil-  
lenis signis eius, totum undique corpus communiunt, aut fragmentum  
aliquod sacri ligni domi seruant, aut ita certis horis supplicium  
Christi recolunt, ut ei, tanquam homini iusto & indigna patienti hu-  
mano affectu condoleant, atque illachryment. Non hic est verus  
illius arboris fructus, verum interim sit isthuc lac infantium animarum.  
Tu vero ascende in palmam, ut veros illius fructus apprehen-  
das. non sunt precipui, si membra capiti in mortificationis effectibus,  
quae sunt membra nostra super terram, conformes esse curemus, id quod  
nobis non solum amarum esse non debet, verum etiam vehementer  
optabile ac iucundum, si modo spiritus Christi vivit in nobis. Ad ro  
vii, c.  
Quis enim vere amat eum, cuius dissimilimus esse gaudeat? Ve-  
rum quo maiore fructu mysterium crucis mediteris, oportebit  
unquamque sibi rationem ac partem quandam digladiandi arte parare  
& in ea diligenter exerceri, ut simul atque res poposcerit, in propo-  
tu sit. Ea potest esse huiusmodi, ut singulis affectibus tuis crucis  
figendis, eam crucis partem applices, quae potissimum respon-  
deat. Nulla est enim omnino vel tentatio, vel aduersitas, quae  
non suum ac propriam habeat remedium in ea. Veluti quum te ti-  
llat ambitio huius mundi, quum pudet ludibrio ac contemptui  
esse, cogita o membrum infimum, quantus sit Christus caput I. cori.  
xi.  
tuum, & quo sese tua causa deiecerit, Quum incessit animum in  
uidiae malum, memeto quae benigne, quam cadide se totum ille nostris visibus Luce.  
xxiii,  
Ioan.  
xvi.  
impenderit, quam bonus fuerit etiam pessimis. Quum sollicitaris a-  
gula, recolle illum felle & aceto potatum. Quum tentatus a vo-  
luptate turpi, recordare quam tota capitis vita ab omni abfuerit vo-  
luptate, quam omnibus incommodis, cruciatibus, erumnis plena.  
Quum irritat ira, succurrat statim ille qui velut agnus coram to-  
dente obmutuit, & non aperuit os suum. Si te male vrit pau-  
peritas, aut habendi cupiditas sollicitat, protinus in mentem veni-  
at ille dominus uniuersorum pro te factus egenus, ita non ha-  
beret, ubi inclinaret caput suum. Atque eandem rationem, si & Luce.  
ix.  
in reliquis tentationibus feceris, non solum acerbum non erit vim  
attulisse affectibus, verum etiam dulce, propterea quod intellis

Crucis  
fructus.



ges isto modo te conformari capiti tuo, eiq; pro suis immensis doloribus, quos tua causa pertulit, quasi gratiam referre.

¶ Canon Decimus octauus.

¶ Atq; hoc quidem remedij, quanq; vnū omniū longe præsentissimū est ijs, qui mediocriter in via vitæ processerunt, tamē in firmioribus nō nihil profuerint & illa, si sollicitante ad impietatem affectu, statim ob oculos mentis reuocent. q̄ foeda q̄ execranda, q̄ exitialis res peccatum, at cōtra quāta hominis dignitas In futilibus etiā negotijs, paulisper apud nos ipsos consultamus in hac re omniū maxima, priusq; nosmet assensu, veluti chirographo, diabolo astringimus, non nostro cum animo reputabim⁹ a quanto opifice simus conditi/in quam excellēti statu constituti, quam immenso precio redempti, ad quantam foelicitatē vocati, Homine generosum illud esse animal, cui⁹ vnus grā mirabilēz hanc mundi machinam fabricatus est deus, conciuem angelorū filiū dei, haredē immortalitatis, membrum Christi, membrum ecclesiae, corpora nostra templa esse spiritus sancti, mentes simula: chra simul & adyta diuinitatis. At e regione peccatū eē pestem teterrimam ac tabem, tum animi, tum corporis. Vtrunq; enim innatiuam speciem reflorescit innocentia, peccati vero contagio marcescit vtrunq; etiā in hoc saeculo. Peccatum est lethale virus spurcissimi serpentis, authoramentum diaboli, ac seruitutis non turpissimae modo, verum etiam miserrimae. Hac atq; huiusmodi vbi tecum expenderis, etiam atq; etiam delibera. num satis cōsultum, sit obtucatam momentaneam, venenatā peccati delectaciunculam, a tanta dignitate in tantam excidere indignitatē, vnde te per te ipsum non queas asserere.

¶ Canon Vndeigesimus.

¶ Deinde duos illos authores inter se dissimillimos cōpara deum ac diabolum, quorū alterū pctō tibi facis inimicum, alterum constituīs dominum Per innocentia & gratiam ascisceris in numerum amicorum dei, adoptaris in ius & haereditatem filiorū, per peccatū vero constitueris & seruus & filius diaboli Alter ē aeternus ille, & idea sūmi pulchri, summe voluptatis, summi boni, Oib⁹ sese cōicans, Alterum oim malorū, extremae turpitudinis

Tentatio  
ne iudicis  
te qd cog  
glandū.

¶ Nota

Hūanæ  
naturæ di  
gnitas.  
Peccati v  
tilitas ac  
turpitud  
do.

Boni &  
mali hñc  
dños sed  
inæq̄les.

I. cori.  
ix.

Math  
vi.  
Io. xv  
Gala.  
Iij.  
ñ. Pe.  
ij.  
Actu.  
xij.



nis, summæ infœlicitatis pater, Alterius in te beneficia, alterius  
 maleficia recordare. Ille quæ bonitate te condidit? Quæ misere-  
 ricordia redemit? Quæ liberalitate locupletavit? Quæ lenitas  
 te quotidie sustinet delinquentem? Quæ læticia recipit resipis-  
 centem? Contra hæc omnia diabolus, quanta invidentia iam o-  
 lim insidiatur salutis tuæ? In quas erumnas te coniecit? Atque a  
 deo nihil aliud molitur quotidie, nisi ut vniuersum hominum  
 genus secum in æternum exitium trahat? His omnibus hinc at-  
 que hinc recte pensulatis ita tecum cogita. Ego ne oblitus ori-  
 ginis meæ, oblitus tantorum beneficiorum, propter tantillum  
 bonum falsæ voluptatis, a tam nobili, a tam amante, a sic meris-  
 to parente desciscam ingratus, & me vltro turpissimoque crudes-  
 lissimoque domino mancipabo? Non saltem illi prestabo, quod  
 homuncioni prestarem bene merenti? Non illum fugiam, qui  
 hominẽ fugero malum dare cupientem?

¶ Canon Vigésimus.

¶ Neque vero minus inæquale præmium, quàm dissimilis author,  
 Quid enim inæqualius, quàm mors æterna, & vita immortalis?  
 quàm sine fine summo frui bono, in contubernio cœlestium ciuium,  
 & sine fine extremis excruciarĩ malis infœlicissimo consortio  
 damnatorum? Atque de hac re qui dubitat, ne homo quidem  
 est, ne dum Christianus, Qui non cogitat, vel ipsa est amentia  
 amentior, iam vero præter ista, habent & in hac interim via  
 ta pietas & impietas fructus suos nimium dissimiles. Ex illa  
 enim meretur, secunda tranquillitas animi, & beatum illud gau-  
 dium puræ mentis, quod quisquis semel degustarit, nihil tam  
 preciosum, nihil tam voluptuarium, mundus hic possidet, qui  
 cum velit permutare, Hanc contra, quum mille alia mala, tum  
 miserrimus ille cruciatus animi sibi male conscij. Illud enim est  
 centuplum spiritualis gaudiij, quod Christus pollicitus est in euân-  
 gelio, velut atram quandam æternæ fœlicitatis, Hæc sunt illa  
 apud prophetam miranda munera, quæ neque oculus vidit,  
 neque auris audiuit, neque ascenderunt in cor hominis, quæ præ-  
 parauit deus diligentibus se, nimirum in hac vita. Quum inte-  
 rim vermis impiorum non moritur, & inferos suos iam apud

Boni &  
 mali mer-  
 cedē etiā  
 hic recipi-  
 unt sed in  
 æqualem

Cōscien-  
 tiæ ver-  
 gis.

Matth  
 xix.  
 Esaiæ.  
 .lxiiij.  
 Esaiæ.  
 lxxvi.



superos partuntur. Nec alia est flamma, in qua cruciatur diues ille comestator euangelicus. Nec alia supplicia inferiorum, de quibus multa scripsere poetae, quam perpetua mentis anxietas, quae peccandi consuetudinem comitatur. Tollat igitur qui velit futuri saeculi tam diuersa praemia, habet annexum sibi virtus propter quod abunde debeat expeti, habet adiunctum, cuius causa debet horreri.

¶ Canon Vigésimus primus.

¶ Ad haec cogita, quam erumnosa, quam fugax sit vita praesens, quam vniuersis imminens insidiosa mors, quam passim opprimit inopinantes. Et quum nemo vel de momento vitae sit securus, quam ingens periculum, eam comprehendere vitam, in qua si te mors subitanea (ut sepe accidit) deprehendit, in aeternum peristi.

Impenitentia ante omnia cauenda.

¶ Canon Secundus & vigésimus.

¶ Tum semper erit formidanda impenitentia, malorum extremum, illud nimirum perpendenti, ex quam multis, quam pauci peccatis vere ac toto pectore resipiscunt, praesertim ijs, qui funiculos iniquitatis in extremum usque vitae protraxerunt. Lubricus quidem & facilis in turpitudinem lapsus, sed hinc reuocare gradum, superasque euadere ad auras, Hoc opus, hic labor. Proinde vel hirci Aesopici casu admonitus, priusquam in peccati puteum descendas, cogita non perinde facilem esse reditum.

Pros  
uerbia  
orum  
xviii.  
Encl.  
vi.

¶ Remedia contra specialia quaedam vicia, & primum contra libidinem.

¶ Et haecenus quidem commentaria aduersum omne viciozum genus remedia, vtrunque demonstrauimus. nunc conabimur, & speciatim quaedam tradere, quibus modis cuique peccato debeas occurrere, ac primum libidini, quo malo nullum aliud, neque prius nos impedit, neque acrius urget, neque latius patet, neque plures in exitum trahit. Si quando igitur foeda libido stimulabit animum tuum, his armis protinus memento occurrere. In primis cogita quam immunda, quam spur-

Libidinis remedia.



ea, quæ quouis etiam homine indigna sit ea voluptas? quæ nos  
 diuinū plasma, non pecudibus modo, verum etiam suibus, hir-  
 cis, canibus, & brutorum brutissimis animalibus æquet. imo quæ  
 porro intra pecudum conditionē deiiciat, qui sumus ad angelorū  
 consortia, ad diuinitatis communionem destinati. Succurrat ad  
 hæc, quæ eadem sit momentanea, quæ insyncera, quæ semper plus aloes,  
 quæ mellis habens. E diuerso, quæ generosa res sit anima, quæ sacra  
 res corpus hominis, quemadmodum in superioribus regu-  
 lis ostendimus. Quæ malum igitur vecordia, ob tantillam,  
 tam foedam voluptatis momentaneæ titillationem, simul & ani-  
 mū & corpus indignis modis polluere? Prophanare templum I corin.  
iiij.  
 quod Christus sibi sanguine suo consecrauit? Item reputa, Hebre  
xiij.  
 blanda pestis, quantum malorum agmen secum trahat. Ante  
 omnia famam, possessionem longe preciosissimam eripit. Nul-  
 lius enim vicij rumor spurcius olet, quæ libidinis. Patrimonium  
 exhaurit, corpus simul & vires, & speciem interimit, valetu-  
 dinem vehementer lædit. Morbos innumerabiles parit, eosque  
 foedos. Iuuentæ florem ante diem deuenustat. Turpem senes-  
 citam accelerat, Ingenij vigorem tollit, mentis aciem hebetat,  
 & quasi pecuniam mentem inserit. Ab omnibus honestis studijs  
 semel auocat, hominemque quantus est, totū cœno immergit, ut  
 iam nihil nisi sordidum, humile, spurcum libeat cogitare. Et  
 quod hominis erat proprium, eripit rationis vsum. Insaniā atque  
 infamē adolescentiam, odiosam ac turpem miseramque senectam  
 facit. Sapias igitur, & sic noiatim tecū reputes, Illa & illa volup-  
 tas, tam male cessit, tantum damni, tantum dedecoris, tedij, labo-  
 ris, membrorum attulit, & iterū stultissimus hamum vorabo pru-  
 dens? Iterum cōmittā, cuius me denuo poeniteat? Item & alio-  
 rum exemplis temet reprime, quos cognoueris turpiter & in-  
 foeliciter voluptatem esse sequutos. E regione anima te ipsum  
 ad continentiam, exemplis tot adolescentiam, tot delicatarū virgini-  
 nū, & collatis circumstantijs, tibi ipsi ignauiam approbato. Qui  
 minus tandem tu possis, quod illi atque illi, eo sexu, ea ætate, sic  
 nati, sic educati, potuerunt possuntque? Pariter ama, nec minus  
 valebis. Cogita, quæ honesta, quæ amœna, quæ florida res sit cor-



poris & animi puritas. Hæc nos maxime facit familiares ange-  
 lis, spiritus sancti capaces. Etenim a nullo prorsus vicio sic resis-  
 sit spūs ille puritatis amator, vt impudicitia. Nusquā æquæ con-  
 quiescit ac deliciatur, vt in mentibus virgineis. Propone tibi an-  
 te oculos, q̄ indecorum, q̄ totum hoc insanum sit amare, pale-  
 lescere, macerari, lachrymari, blandiri, ac turpiter supplicem esse  
 scorto puditissimo Occinere ad fores nocturnas, pendere  
 de nutu dominæ, pati regnum mulierculæ, expostulare, irasci.  
 rursum redire in gratiam, & vltro te ridendum, pullandū, mut-  
 landū, spoliandum lupæ præbere. Vbi quæso inter ista viri no-  
 men? vbi barba? Vbi generosus ille animus rebus pulcherrimis  
 natus? Consydera & illud tecum quantū scelerū gregē volup-  
 tas admitta solet adducere. Est alijs vicijs fortasse nonnulla cū  
 quibusdam virtutibus societas, libidini nulla, sed cum maximis  
 plurimisque peccatis semper copulata est. Sit sane leue scortari, ac  
 graue non audire parentes, negligere amicos, prodigere rem pa-  
 triam, rapere alienā, peierare, perpotare, latrocinari, maleficum  
 fieri, depugnari, homicidium committere, blasphemare, in quæ  
 omnia, & his grauiora domina voluptas te trāsuersum rapiet.  
 vbi semel tuus esse desieris, eiusque capistro os miserum por-  
 rexeris. Perpende præterea, q̄ sit hæc vita fumo fugacior, vmbra  
 inanius, Quot laqueos nobis struat mors, nullo non loco,  
 nullo non tempore insidias. Hic non mediocriter profusus  
 erit, nominatim recolere, si quos ex tibi quondā notis, ex fami-  
 liaribus, ex æqualibus, aut etiā natu minoribus maxime vero  
 ex ijs, quos aliquādo turpium voluptatum participes habueris  
 mors inopinata rapuit. Estoq; alieno periculo cautior, Cogita  
 q̄ dulciter vixerint, sed q̄ aāre vita defūcti sint, q̄ sero sapuerit,  
 q̄ sero coeperint odisse sua mortifera gaudia. Succurrat extre-  
 mi iudicij seueritas & nō retractāde illius sententiæ, metuendū ful-  
 mē in ignē æternū mittentis impios. & qd hæc horaria breuisq;  
 & exigua voluptas, æternis cruciatibus luenda sit. Hoc loco  
 diligenter lancibus examina, q̄ iniqua sit permutatio, p turpissi-  
 simo, breuissimoq; pruritu, & in hac vita multo dulcius præ-  
 stantiusq; animi gaudium perdere, & in futura gaudijs fraudari

Nota bñ  
 ac sapius  
 tecum rus  
 mina.

Math  
 xv.

L



perhennibus, insuper nunquam finiendos dolores tam vmbra illi  
delectatiuncula mercari. Porro si durum tibi videatur, tantillum  
delectamenti pro Christo contemnere, recordare quos crucis  
atus ille tui charitate susceperit Præter cōes humanæ vitæ iniu- Sapient  
ij.  
rias, quantum sacrosancti sanguinis pro te effuderit, quæ ignomini Heb.  
vi.  
osam, quæ acerbam mortem pro te dependerit, & tu horum omnium imem-  
mor, rursus filium dei crucifigis, iterans insanas voluptates,  
quæ caput & dominum ad tam diros adegere cruciatus. Tum  
iuxta superiorē regulam recole. quantum ille beneficiorum in te ni-  
hil dum promeritum accumularit, pro quibus omnibus, quum  
nulla par gratia rependi queat, tamen nullam reposcit aliam quæ  
ut exemplo ipsius a moribus illecebris coerceas animum, &  
ad summum boni summique pulchri conuertas amorem. Com-  
pone inter se duos Veneres, & duos Cupidines Platonicos. i.  
honestum amorem, & foedum, sanctam voluptatem & tur-  
pem, confer utriusque dissimilem materiam, confer naturas, con-  
fer præmia. Et in omni quidem tentatione, maxime vero quum  
ad libidinem sollicitaris, proponito tibi ante oculos tuos ange- Math  
xvii.  
lum tui custodem, omnium quæ vel facis, vel cogitas assiduum Pro  
verbis.  
spectatorē ac testem, deum inspectorem, cuius oculis omnia pa- xvii.  
tent, qui sedet supra cœlos & intuetur abyssos. Et rem a deo fo- Heb.  
v.  
dam, ut homuncione teste facere pudeat, non vereberis coram  
angelo tibi proximo, deo, totoque cœlitum choro spectante &  
execrante facere. Puta autem id quod res est, & si tibi oculi es-  
sent plusquam Lyncei, plusquam aquilini, tamen istis non clarissima lu-  
ce certius conspexeris, quod coram te facit homo, quæ omnes ani-  
mi tui latebræ perspicue sunt dei & angelorum conspectibus  
Quin & illud tuo cum animo reputa quum libidini cedis, alter-  
rum e duobus futurum, aut uti semel gustata voluptas, sic  
mentem tuam excantet obscuretque, ut de turpitudine eas in  
turpitudinem, donec excæcatus venias in sensum reprobum Ro. i.  
& obstinatus in malo, ne tum quidem queas voluptatem  
turpem relinquere, quum illa te deseruit. Id quod plarisque  
videmus euenire, ut effæcto corpore, extincta forma, frigen-  
te sanguine, deficientibus viribus, caligantibus oculis. tas

Veneres  
ac Cupi-  
dines Pla-  
tonici.

Angelos  
spectator  
ac testis o-  
perum nos-  
trorum.

Nota bñ

l co  
vi.

He  
xiiij  
Ep  
v.



men adhuc pruriant sine fine & sceleratius turpiloqui sint q̄  
 olim fuerint impudici, Quare quid esse potest execrabilius,  
 monstrosiusq̄? Alterum vt si forte contigerit te singulari fa-  
 uore diuino respiscere, maximo animo dolore, summis la-  
 boribus, plurimis lachrymis breuis illa & fugitiua voluptas  
 expianda sit. Quanto igitur consultius, omnino non admittes  
 re virus voluptatum carnalium, q̄ vel in tam deploratam indu-  
 ci cœcitatē, vel tantillam, eamq̄ falsam delectatiunculam,  
 tanta molestia dependere? lam vero & a personæ tuæ cir-  
 cumstantijs multa licebit sumere, quæ te a voluptatibus auo-  
 care queant. Sacerdos es, cogita te totum diuinis rebus con-  
 secratum esse. Quam indignum tandem flagitium sit, eo ore  
 quo corpus illud adorandum sumis, putidam scorti carnem  
 contingere, ijdem manibus, quibus ministrantibus angelis  
 ineffabile illud mysterium peragis, abominandas contrecta-  
 re sordes. Quam non conueniat idem corpus, eundem  
 spiritum cum deo fieri, & vnum corpus fieri cum meretrici-  
 ce. Si doctus es, tanto generosior deoq̄ similitior animis, tan-  
 to hac contumelia indignior. Si nobilis, si princeps, quanto  
 flagitium conspectius, tanto offendiculum grauius. Si con-  
 iugatus, cogita q̄ honesta res sit thorus immaculatus, daq̄  
 operam, vt (quo ad fieri potest) tuum coniugium imitetur  
 sanctissimas nuptias Christi & ecclesiæ, quarum gerit ima-  
 ginem. i. vt q̄ minimum habeat turpitudinis, plurimum scœ-  
 cunditatis. In nullo enim vitæ statu non turpissimum est ser-  
 uire libidini. Si iuuenis es, etiam atq̄ etiam considera, ne flo-  
 rem æui nunq̄ rediturum, temere polluas. Ne re scœdissima  
 perdas annos optimos, vereq̄ aureos, qui & fugiunt per-  
 nicissime, & recurrunt nunq̄. Ne nunc per inscitiam & inco-  
 gitantiam ætatis committas, quod te in omnem vsq̄ vitam  
 mordeat, præsequente scelerum conscientia, & amarissimis  
 illis aculeis, quos fugiens voluptas in animis nostris relin-  
 quit. Si mulier, istum sexum nihil magis decet, q̄ pudor. Si  
 vir tanto maioribus rebus dignus, & istis tam friuolis in-  
 dignior. Si senex opta tibi oculos alienos vt videas q̄ te des

Argumēs  
 tū a pers  
 sona.  
 Sacerdos

Doctus  
 Nobilis.  
 Cōiuga  
 tus.

Iuuenis.

Vir.  
 Mulier.  
 Senex.



Senex

Abyſag  
iſta Hieſ  
ronymo  
ſapientiam  
myſtice  
ſignificat

deceat voluptas quæ in adoleſcentibus miſeranda quidem eſt,  
& coercenda, in vetulo vero portentosa, & iſtis quoq; volup-  
tatem ſeſſatoribus deridicula, Inter omnia monſtra nullum  
monſtrotius ſenili libidine, O delire, & nimium obliſte tui, ſal-  
tem ad ſpeculum, canos, & capitis niuis, aratamq; rugis fron-  
tem, cadaueriq; ſimillimam faciem contemplare, ac iam capu-  
lo proximus, alia annis tuis magis conſentanea cura. Saltẽ quod  
ratione decuerat facere, hoc annis admonentibus vel cogentis-  
bus potius facito. Ipla iam te voluptas repellit, neq; ego inquis  
ens iam tibi decora ſum, neq; tu mihi idoneus. Luſtiſti ſatis, edi-  
ſti ſatis, atq; bibiſti. Tempus abire tibi eſt. Quid adhuc vita p-  
pendis delicias, quum ipſa etiam te deſerat vita? Iam tempus iii. rel  
gum.  
eſt, vt aliquando incipiat in ſinu tuo cubare myſtica illa concu-  
bina Abyſag. Ea ſancto ſeruore calefaciat mentem tuam, huius  
amplexibus frigentia membra conſoue.

¶ Epilogus remediorum contra  
incentiuum libidinis,

¶ Iam vero vt ſummatim perſtringam, hæc ſunt potiffimum,  
quæ te a carnis illecebris tutum reddent. Primum, occaſionum  
omnium cauta ac diligens fuga, Quod præceptum quamquã Eccle  
ij.  
in reliquis quoq; conuenit obſeruari, propterea, quod qui pe-  
riculum amat, dignus eſt, qui in illo pereat, tamen hæc potiffimũ  
ſunt illæ Syrenes, quas haud fere quiſquam euasiſt, niſi qui pro-  
cul auſugit. Deinde victus & ſomni moderatio. Temperantia  
a voluptatibus etiam permiſſis, Reſpectu mortis tuæ, & mor-  
tis Chriſti contemplatio, Iuuabunt & illa, ſi cum caſtis & in-  
tegris conuixeris, ſi corruptorum & mobilium colloquia, velut  
ti peſtem quandam vitaris. Si ſolitudinem ocioſam, & otium  
ignauum fugeris, ſed animam cœleſtium rerum meditatione,  
honestiſq; ſtudijs gnauiter exercueris, Maxime vero ſi ſacrarũ  
literarum veſtigationi, toto pectore te conſecraris. Si & frequẽs  
ter, & pure oraueris, maxime irruente tentatione.

¶ Aduerſum irritamenta auariciæ.

¶ Si ſenſeris te vel natura propenſiorẽ ad philargiriæ viciũ,



vel a diabolo instigari, recale iuxta superiores regulas dignitatem conditionis tuæ, qui ad hoc tantum creatus es, in hoc redemptus, vt summo illo bono semper fruaris. Totam vero hanc mundi machinam fabricatus est deus, vt omnia tuis seruiant vsibus. Quam sordidum igitur est angustii animi, non vti, sed tantopere demirari, res mutas, & vtilissimas. Tolle hominum errorem, quid erit aurum & argentum, nisi terra rubra & alba. Quod nemo gentilium philosophorum non contempsit, hoc tu pauperis Christi discipulus, & ad longe meliorem possessionem vocatus. vt magnum quidam admiraberis? Non possidere diuitias, sed contemnere diuitias magnificum est. Sed reclamationi mibi vulgus nomine tantum Christianorum, & seipsum calidissime gaudet fallere, ipsa inquit, necessitas nos hortatur, vt rem faciamus, quæ si fuerit nulla, ne viuere quidem liceat si contractior, nimis incommodè viuatur, sin lautior, vberiorq; plurimum adfert commoditatis, Consultitur valetudini, prospicitur liberis commodatur amicis, excluditur contemptus, deniq; & fama melior, quum res bene habet, Ex aliquot Christianorum milibus, vix vnum atq; alterum inuenias, qui ista non & dicat & sentiat. Verum vt istis ad vtrunq; respondeam primum quod cupiditatem suam necessitatis nomine prætexunt, obijciam illis vicissim parabolam euangelicam, de lilijs, & auibus in diem viuentibus, ad quorum imitationem nos hortatur, Christus obijciam, quod idem ne peram quidem aut saccum suis gestandum permisit. Obijciam, quod nos reliquis omissis iubet ante omnia quærere regnum dei, & hæc omnia nobis adijcienda promittit. Quum vnquã nõ suppetierunt vicibus necessaria, ijs qui toto pectore pietati studuerunt? Quantulum vero est illud, quod a nobis natura flagitat? Atqui tu necessitatem non vsibus naturæ, sed cupiditatis terminis metiris. Pijs aut & illud satis est, quod naturæ parũ est. Quanq; equidem nõ ita valde miror istos, qui rē vniuersam suã semel relinquunt, vt ipse dicitur medicet alienã. Nõ ẽ culpa possidere pecuniã, sed mirari pecuniã cū vicio coniunctã. Si affluit fungere boni dispensatoris

Auaritiæ remedia.

Diuitiis q̄liter vtendum.

Luce. x. Math. vi.

rel no

ice





Diuitiae  
inter bona  
postremum  
locum ob-  
tinent.

officio, si eripit, ne macerare, tanquam re magna spoliatus, imo  
gaude tibi detractam sarcinam periculosam. Verum qui praecipuum  
vitae studium in coaceruandis opibus consumit, qui  
eas uti praeclearum quiddam & expectandum suspicit, & porro in  
longum, inque Nestoris usque senectam recondit, is fortasse bo-  
nus mercator recte dicetur, bene Christianum equidem non dixe-  
rim, qui totus de se pendeat, & de Christi promissis diffidat.  
Cuius bonitas quum pauculis benigne, & pascat, & vestiat  
hominem pium sibi que fidentem destituet scilicet. Sed iam como-  
ditatum, quas adferre credunt rationem ineamus. Primum etiam  
gentilium philosophorum consensu, inter utilia bona diuitiae  
postremum locum obtinent, & quum iuxta Epicteti partitionem  
praeter unam animi virtutem, reliqua omnia extra hominem sint,  
nihil tamen tam extra nos est, quam pecunia, nihil tam exiguum ad-  
fert commoditatem. Etenim si quicquid usque est auri quicquid  
gemmarum, id omne tu solus possideas, num ideo tua mens fuerit  
vel pilo melior, num prudentior, num doctior? Num corpo-  
ris valetudo prosperior? Num valentior, formosior, iuni-  
orem reddet. Et voluptas parat. Verum, sed mortiferas. Sed  
honorem conciliat. At quem tandem? Nempe quem falsum tribu-  
unt nisi qui non nisi stulta mirantur, & quibus placuisse, pene vitu-  
perari est. Verus honos est laudari a laudatis summus honos  
est placuisse Christo, Verus honor, non opum, sed virtutis est  
praemium. Cedit tibi, suscipit te plebecula, Stulte, vestes illi tutas  
mirantur, non te, Quum tu in te ipsum descendis, & animi tui  
miseram pauperiem consideras? quam vulgus si videret,  
tam miserandum iudicaret, quam nunc beatum praedicat, Verum  
amicos res comparat. Fateor, sed falsos, neque tibi eos com-  
parat, sed sibi. Atque adeo isto titulo vel infelicissimus est di-  
ues, quod amicos, ne dignoscere quidem queat, Alius in si-  
nuo odit, ut tenacem, alius invidet, ut opulentior, alius ad se  
spectans, assentator, & arridet, ut arrodat, Coram qui est  
amantissimus, maturam mortem precatur. Nemo tam amat  
quam mortuum malit quam vivum, Nemo tam familiaris, a quo ve-  
rum audiat. Quod si maxime sit, qui diuitem sincere diligat,

Math  
x.



ille tamen non potest quenq̄ non habere suspectum omnes vul-  
tutes iudicat, cadaueri inhiantes, omnes muscas ad suum com-  
pendium aduolantes. Quicquid igitur commoditatis viden-  
tur adducere, id fere fucatum, vmbriticum, præstigiosumq̄  
est. At verorum malorum plurimum adferunt, verorum bo-  
norum plurimum adimunt. Proinde si bene accipi atq̄ expen-  
sationem subduxeris, profecto reperies, nunquam tantum  
adferre commoditatis quin nimio plus incommodorum secus  
trahant. Quam miseris laboribus parantur, quantis periculis,  
quanta solitudine seruantur, quanto dolore amittuntur. Quibus de causis & spinas appellat Christus, quod omnem animi  
tranquillitatem, quia nihil homini dulcius, mille curis dilaniant.  
Neq̄ vnq̄ sitim sui sedant, verum magis ac magis irritant,  
In omne nefas præcipites agunt. Neq̄ tibi frustra blandiare  
dicens, nihil prohibet pariter & diuitem esse, & pium, Memē  
to quid dixerit veritas, facilius esse camelum transire per foras-  
men acus q̄ diuitem intrare in regnum celorum. Planeq̄ ve-  
rum est illud apud dñum Hieronymum, diuitem hominem,  
iniqui aut dominum esse, aut hæredem. Ingens opulencia nun-  
quã sine peccato, vel paratur, vel seruatur. Cogita, quanto me-  
lioribus opibus te spolient. Odit enim virtutis indolem odit  
honestas artes, quisquis admirator est auri. Præterea vnum aua-  
ritia viciū idolatria nominatur a Paulo, neq̄ cum vno prore-  
sus alio mi nus conuenit Christo. Nec idem potest & deo serui-  
re & Mammonæ.

¶ Epilogus remediorum contra  
viciū auaritiæ.

¶ Desines igitur mirari pecuniam, si vera bona cum falsis, si fu-  
cata commoda, cum veris incommodis diligenter expen-  
deris. Si summum illud bonum contemplari atq̄ amare con-  
didiceris, quod vnum quum adest, etiam si reliqua omnia de-  
fuerint, abunde explet animum hominis, qui capatior est, q̄  
vt vel vniuersis huius mundi bonis queat saciari. Si crebro tibi  
reuocaris ob oculos, qualem te primum terra nascentem  
exceperit, qualem item receptura sit morientem. Si semper



cogitationi obseruetur tuæ stultus ille euangelicus, cui dictum est, hac nocte repentent a te animam tuam, & hæc quæ congregasti, cuius erunt? Si mentem a deprauatis vulgi moribus ad Mariæ, Apostolorum, martirū maxime Christi capitis tui paupertatem flexeris, semperq; veh illud tibi metuendum esse statua tua, quod ille diuitibus huius sæculi minatus est.

¶ Contra Ambitionem,

**A**mbitio nis remedia. ¶ Si quando incantamentis suis tentabit animum tuum ambitio his remedijs eum pramunies, statim iuxta ea quæ superius tradidimus, hoc mordicus teneto, solum eum honorem esse, qui a vera virtute proficiscitur, quem ipsum tamen oportet interdum fugitare, quemadmodum & sermone & exemplo nos docuit Christus Ihesus. Vnicum autem honorem, & homini Christiano expetendum esse, non ab hominibus, sed a deo collaudari. Etenim quem ille commendat (vt inquit Apostolus) is demum probatus est. Honor autem si ab homine defertur, ob rem inhonestam, vtiq; a turpibus, non honor iste, sed ingens est probrum. Si ob mediā, puta formam, vires, opes, genus, ne tum quidem honor recte dicetur. Nemo enim promeretur honorem ea re, qua non meretur laudari. Si ob honestam, honos quidem erit, at non appetet, qui promeretur, ipsa nimirum virtute & conscientia recti contenti. Vide igitur quæ deridiculi sint honores isti quorum cupiditate tantopere vulgus æstuat. Ac primum enim a quibus tandem dantur? Nempe ab ijs quibus nullum discrimen honesti. Ob quæ? Plarumq; ob mediā, nonnunquam ob turpia. Cui? Indigno. Quisquis igitur honorem exhibet, aut metu facit, & vicissim est metuenus, aut vt prosis, & ridet te, aut quia miratur res nihilli, nulloq; honore dignas, & miseranda est, quia te iudicat his rebus ornatum, quibus honos debeat, quod si falso opinatur, cura vt fias id, quod ille te putat esse, vere omnem honorem tuum in eum refer, cui debes & illa quibus honos tribuitur. Tam non conuenit tibi arrogare honorem, quæ non debes tibi arrogare virtutem. Aliqui quid amentius, quæ tui

Luce.

xij.

Luce.

vi.

Math

xi.

Io. v.

ij. cori

xo

Honor huius sæculi est falsus.



precium de hominacionum opinione metire? Quibus in manu est simul atque collubuit, hoc ipsum honoris quod largiuntur rursus auferre, ac te modo honestatum dehonestare, Proinde, nihil stultius, quam talibus honoribus, vel gestire, quum contingunt, vel ringi, quum auferuntur, Quos veros non esse vel hoc intelliges argumento, quod sunt cum pessimis & sceleratissimis communes. Immo nullis vere contingunt copiosius, quam ijs, qui sunt veris honoribus indignissimi. Cogita quod beata tranquillitas modestae priuatae & ab omni superbiae strepitu se motae vitae. Contra quod spinosa, quae plena curarum, periculorum dolorum, vitae potentium. Quam difficile secundis in rebus non obliuisci sui. Quam arduum in lubrico stantem non cadere.

Luce.  
xiiij.

Quam capitalis ex alta ruina. Omnem honorem summo onere coniunctum esse. Quam seuerum iudicium supremi iudicis in eos futurum sit, qui hic sese in honoribus usurpandis ceteris anteposuerunt. Etenim qui sese demiserit, ei ut pusillo succurret misericordia. Qui vero sese uti spectatum erigit, is sibi ipsi gratiae subsidium intercludit Christi capitis exemplum semper animo inhareat tuo. Quod illo secundum seculum ignobilius, despectius, inhonoratius? Quam fugit honores etiam oblatos qui quouis honore maior erat. Quam derisit a fello sedens, Quam damnauit palla tectus, & spinis coronatus, Quam non gloriosam mortem elegit. Sed quem mundus contempsit, hunc glorificauit, prout Tua gloria sit in cruce Christi, in qua & salus tua, Quorsum tibi humani honores, si te reijciat, despiciatque deus, execrentur angeli?

Ioan.  
vi.  
Ioan.  
xij.  
Galla  
vi.

¶ Contra eleuationem tumoremque animi.

¶ Non intumesces animo, si iuxta triuissimum illud adagium cognoris temetipsum, id est si quicquid in te magnū, quicquid pulchrum, quicquid preclarū id dei munus, non tuū bonū esse ducas. Contra, quicquid humile, quicquid sordidum, quicquid prauum id totum ad te solum referas. Si memineris, quantis in sordibus, conceptus sis, quantus natus, quam nudus, quam brutus, quam miserandus in hanc lucē proreperis. Corpusculū illud, quod vndique morbis, quot casibus, quot erumnis expositū sit. Immanē istū gigantem,

Superbie  
remedia.

M



& immenso turgentem spiritum quantula res possit repente cons-  
 ficere. Expende & illud, eiusmodi sit illud, unde tibi places.  
 Si mediū, stulticia est, si turpe, dementia, si honestum, ingras-  
 titudo. Memineris nullum aliud esse, certius stoliditatis insipie-  
 entiaq; documentum, q̄ si quis sibi vehementer placeat. Præ-  
 terea nullum stulticiae genus esse deploratius. Si turgescit ani-  
 mus, quod se tibi submittit homuncio, cogita, quanto maior,  
 quantoq; potentior tuo immineat capiti deus, qui omnem cer-  
 uicem elatam deprimat, & omnes colles in plana deducit, qui  
 nec angelo quidem superbienti pepercit. Conducent & illa,  
 licet lentora, si te semper componas cum præstantioribus. Pla-  
 ces tibi de forma corporis, confer te cum ijs qui te forma præ-  
 cedunt. Christus erigit tibi doctrina, ad eos refer oculos, ad q̄s  
 tu nihil didicisse videaris. Deinde si reputaris, non quantum  
 adsit honorum, sed quantum desit, & cum Paulo oblitus eorū,  
 quæ a tergo sunt, enitaris ad ea quæ a fronte restant, præterea  
 non inscitum fuerit & illud, si afflante superbiae vento, mox no-  
 stra ipsorum mala vertamus in remedium, quasi venenum ves-  
 neno pellentes. Id ita fiet, ubi si quod ingens corporis viciū,  
 si quid insignis incommodi nobis vel fortuna dedit, vel attulit  
 stulticia, quod animum vehementer mordeat, id ante oculos  
 statuamus & pavonis exemplo. ea nostri parte nosmetipsos po-  
 tissimum contemplemur, qua sumus deformatissimi ita fiet,  
 vt statim subsidant christæ. Ad hæc, præterq; quod non aliud  
 viciū deo inuisus est, & apud homines in primis vbiq; odios-  
 sa, atq; irrita arrogantia, quum contra modestia, & diuinum fa-  
 uorem conciliet, & hominum benevolentiam adglutinet. Ere-  
 go vt summam dicam duo præcipue prohibebunt a superbia,  
 si consideres quid ipse sis in te, putredo in exortu, bulla in om-  
 ni vita, esca vermium in morte, & quid Christus factus sit pro te

.ij. Pa  
 ij.  
 Esale  
 xxxij  
 iij.

Philip  
 iij.

Nota bñ

**¶** Aduersus iram, & vindictæ  
 cupiditatem.

Iracundiæ  
 remedia.

**¶** Quum te vehemens animi dolor, ad ultionem extimulat  
 memineris nihil esse minus iram, q̄ quod falso imitatur, puta



fortitudinem. Nihil enim æque muliebri, nihil tam imbecillis  
 proiectiq; animi q̄ vindicta lætari. Animosus videri studes,  
 quod inultam iniuriam non pateris, at istoc demum pacto p̄  
 dis puerilitatem tuam, qui (quod est viri proprium) ani-  
 mo temperare non queas. Quanto fortius, quanto generosi⁹,  
 alienam stulticiam contemnere, q̄ imitari. At nocuit, ferox  
 est, insultat. Quo turpior est, hoc magis caue, ne fias illi si-  
 milis. Quæ malum vesania est, vt alienam improbitatem  
 vlciscaris, te fieri improbiorem? Si contempseris contume-  
 liam, intelligent omnes indigno factam. Sin commoueare,  
 iam inferentis causam teceris meliorem. Deinde illud reputa,  
 quod res est si quod est acceptū incommodum, id neutiq; tolli  
 vindicta, sed propagari. Quis enim deniq; finis fuerit my-  
 tuarum iniuriarum, si suum quisq; dolorem perrexerit vindic-  
 ta retaliare? Crescunt vtrinq; inimici, incrudescit dolor, qui  
 quo inueteratior est, hoc nimirū insanabilior, At lenitate toles-  
 rantiaq; sanatur nōnunquam etiam is qui fecit iniuriam, & ad se  
 reuersus, ex inimico fit certissimus amicus. Per vltionem ve-  
 ro malū ipsum quod a te cupis depellere, id in te recipitur,  
 non sine malo scenore. Erit & illud non inefficax iræ remedis-  
 um, si iuxta superiorem rerum partitionem, consideres homi-  
 nem homini non posse nocere, si nolit, nisi in his quæ sunt  
 extraria bona, nec ad ipsum hominem magnopere pertinent.  
 Nam vera animi bona solus deus potest eripere, quod non so-  
 let, nisi ingratis, solus potest largiri, quod non consuevit im-  
 mitib⁹ & ferocib⁹, Nemo igitur Christianus læditur nisi a se-  
 metipso, nulli nocet iniuria, nisi suo auctori. Adiuuant &  
 hæc, tametsi leuiora, ne dolori mentis obsequare, sed com-  
 mode collectis rethorum circumstantijs, pariter & tuum in-  
 commodum extenues & alienam eleues iniuriam, his fere-  
 me modis læsit, sed facile resarcietur. Tum puer est, rerum  
 imperitus adolescens, mulier est, alieno fecit instinctu, in-  
 prudens, probe potus, æquum est ignoscere. At contra gra-  
 uiter quidem læsit, sed pater est, frater, præceptor, amicus,  
 vxor, par est, hoc doloris illius vel charitate, vel auctoritati cō-

Iniuria q̄  
 liter iacili-  
 us suffera-  
 tur.

M ij



Iniuria q̄  
liter facti  
us sustera  
tur.

donare. Aut patria faciens iniuriam cum alijs illius in te bene-  
ficijs compensabis, vel cum tuis in illum offensis exaquarebis,  
Hic quidem lesit, sed alias q̄ saepe profuit. Illiberalis est animi,  
benefactorum obliuisci, iniuriolae meminisse, Nunc me offens-  
dit, sed quoties a me offensus. Ignoscam illi, vt mihi meo exem-  
plo ignoscat & ipse delinquenti. Porro multo praesentius reme-  
dium fuerit, si in peccato hois in te, cogites, quae, quanta, quoties  
tu peccaris in deum, q̄ multis noibus illi sis obnoxius. Quantum  
tu remiseris debitori fratri, tantum tibi condonabit deus. Hanc  
dissoluendi aeris alieni ratione nos docuit, creditor ipse. Non  
recusabit legem, quam ipse statuit. Tu vt a culpis exsoluaris,  
Romam cursitas, nauigas ad diuum Iacobum, emis condonatis-  
ones amplissimas. Equide non damno, quod facis, sed vt omnia  
facias, nulla tamen commodior ratio, qua post offensam recon-  
ciliaris deo, q̄ si tu offensus reconciliare fratri. Condona le-  
uem culpam proximo (leue enim est, quicquid homo peccat  
in hominem) vt tibi tot milia culparum condonet Christus. Et  
durum est inquis animu excandescens comprimere. Non tibi  
succurrit, quanto duriora pro te tulerit Christus? Quid erras  
quopro te impenderet animam preciosam? Nonne inimicus?  
Qua lenitate quotidie te tolerat veteres iterant noxias? Pos-  
tremo qua mansuetudine ille pertulit probra vincula, verbera,  
deniq; mortem probrosissima? Quid te iactas de capite, si non  
curas esse in corpore? Non eris membrum Christi, nisi seque-  
ris vestigia Christi. Sed indignus est, cui ignoscatur, Ita ne tu  
dignus eras. cui ignosceret deus? In te ipso vis experiri mise-  
ricordiam, & in fratrem vis exercere seueram iusticiam? Mag-  
num est si peccator ignoscas peccatori, quando Christus pro  
cruentibus suis orauit patrem? Arduum est non referre fra-  
trem quem iuberis & amare? Durum est non remitti malefis-  
cium, pro quo nisi beneficium retuleris, non hoc eris in conser-  
uatum tuum, quod fuit Christus in seruū suū. Postremo si indignus  
hic cui beneficium pro maleficio rependatur, at tu dignus, qui fa-  
cias, dignus Christus pro quo fit. Sed veterem ferendo iniuria  
inuito nouam. Repetet iniuriam, si hanc abstulerit impune. Si

Membrum  
Christi n̄  
ē q̄ nō se-  
quit vesti-  
gia Chris-  
ti.

Iniuria  
an ppulo  
sanda.

Math  
vi.

Luce  
vi.

Ioan  
x.

I. corio  
xij.  
Epho  
v.

Luce  
xxij.  
Math  
xvij.



citra culpā potes vitare, vita, si mederi, medere, si resarcire, resar-  
 sarcī. Si sanare furentē, sana. Sin minus, pereat ille solus poti⁹ q̄  
 tecū. Istū qui se damnū dedisse putat, commiseratione non poe-  
 na dignum puta. Vis cum laude irasci? Irascere vicio, non ho-  
 mini. Sed quo natura propērior es ad hoc vitij, tāto diligent⁹  
 temet multo ante pramunito, semel hoc decretū penitus, anio  
 inculpās tuo, ne quid vnq̄ vel dicas, vel facias iratus. Nihil tibi  
 bi credideris commoto. Suspectū habeto quicquid impetus ille  
 animi dictauerit, etiam si sit honestum, Memineris inter phre-  
 neticum, & ira bacchantem, nihilo plus interesse, q̄ inter bre-  
 uem & perpetuam insaniam. Succurrat, q̄ multa per iram vi-  
 dixeris, vel feceris poenitenda, quæ iam frustra mutata cupias  
 Proinde quum tibi bilis efferuescit, si te non potes illico totum  
 ab ira vendicare, saltē eatenus resipisce, vt te memineris sanum  
 non esse. Hoc memisse sanitatis pars est nonnulla, Sic tecum  
 cogita. Nunc quidem ita sum affectus, at paulo post multo alia  
 mente fuero. Quur ego interim dicam in amicū irat⁹, quod pos-  
 tea placatus mutare non queā? Quur nunc faciam insanus, qd̄  
 mihi redditus magnopere doleā? Quur hoc non potius a me  
 impetret ratio, quur non impetret pietas, deniq̄ quur non im-  
 petret Christus, quod tempus ipsum paulo post impetrabit? Ne-  
 mini (opinor) tantum atræ bilis addidit natura, quin saltem  
 hactenus sibi possit imperare. Optimum autē fuerit, sic institu-  
 to, ratione, assuetudine durare animū, vt omnino non commo-  
 ueare. Perfectum erit, si vicio tantū indignatus, pro contumelia  
 reponas officium charitatis, Postremum & humanæ temperan-  
 tiæ, ne te totum animo permittas Prorsus non irasci, deo simili-  
 mū est, eiq̄ pulcherrimū. Malum in bono vincere, est perfectam  
 Christi Iesu charitatē æmulari. Irā premere frenoq̄ coercere,  
 hoīs est cordati. Indulgere bili, ne hominis quidem est sed pla-  
 ne ferarū, idq̄ imitium. Quod si iuuat cognoscere, q̄ vehementer  
 sit indecorū hominī ab ira superari, fac sanus quum es, vultū  
 irati contēplere, aut ipse iratus speculum adeas, Quū sic flammā  
 res ardent oculi, pallent genæ, distorquetur os, spumant labia,

Irasci q̄  
tenus licz

Nota  
benc.

Ira bres  
uis inlas  
nia.

Ro.  
xij.

M iij



tremunt membra, fremit vox. non constat sibi gestus, quis te existimet hominem esse? Vides amice suavissimæ quæ immensum pateat æquor, de reliquis vicijis consimili modo differendi, Sed nos medio in cursu vela colligemus, id quod reliquum, est tuæ solertiæ relicturi. Neque enim propositi nostri erat, & sane quæ infinitum fuerit, ita ut cœpimus, singula viciorum genera singulis quasi declamationibus dissuadere, atque his oppositas virtutes adhortari, tantum volui, quod tibi satis fore credebam, rationem & artem quandam nouæ militiæ cōmonstrare, qua te posses aduersus pristinae vitæ repullulantia mala communire. Itaque quod nos in vno atque altero exempli causa fecimus, id te ipsum oportebit facere, quum in singulis, tum potissimum in his, ad quæ cognoueris te, siue naturæ, siue consuetudinis vicio peculiariter instigari. Aduersus hæc certa quædam decreta in albo mentis nostræ describenda sunt, atque ea ne desuetudine obsolescant, subinde renouanda, Veluti contra malū obrectationis, turpiloquij, inuidentiæ, gastrimargiæ, & id genus reliqua, His soli sunt hostes militum Christianorum, in quorum assultum, oratio, sententijs, sapientibus, dogmatibus diuinæ scripturæ, exemplis piorum hominum, & maxime Christi, multo ante est præmuniendus animus. Hæc omnia tamen non dubitem, quin affatim tibi suppeditura sit sacra lectio, tamen fraterna charitas nos est adhortata, ut saltem hac extemporali scriptiuncula pro mea virili sanctum tuum propositum prouerem adiuuaremque, Id quod eo feci maturius, quod non nihil metuerem, ne in superstiosum istud religiosorum genus incideres, qui partim quæstui seruietes suo, partim ingenti zelo. sed non secundum scientiam, circumeunt mare & aridā, & sic ubi nacli fuerunt hominem a vicijis ad meliorem iam respicientem, eum ilico ab improbilissimis hortamentis, minacijs, blandicijs, in monachatum conantur detrudere perinde quasi extra cucullus Christianismus non sit. Deinde ubi scrupulis meris, & inextricabilibus spinis pectus illius expleuerint, ad humanas quasdam traditiunculas astringunt, planeque in Iudaismum quendam

Monach  
atque non facile  
suadendus est.

Math  
.xxij.



præcipitant miserum, ac trepidare docent non amare. Monachatus non est pietas, sed vitæ genus, pro suo cuiusque corporis ingenijque habitu vel utile vel inutile. Ad quod equidem ut te non adhortor, ita ne dehortor quidem. Hoc modo commoneo, ut pietatem neque in cibo, neque in cultu, neque vlla re visibili constituas, sed ijs quæ tradidimus, in quibuscumque vero deprehenderis veram imaginem Christi, cum ijs te copula. Porro ubi desunt homines quorum conuictus te reddat meliorem adducito te quantum potes ab humano consortio, prophetas sanctos, Christum, apostolos, in colloquium ascisce. In primis autem Paulum tibi facto familiarem, Hic tibi semper habendus in sinu, nocturna versandus manu, versandus diurna, postremo & ad verbum ediscendus. In quem nos iam pridem enarrationem magno studio molimur. Audax quidem facinus, sed tamen diuino auxilio freti, sedulo dabimus operam, ne post Origenem, Ambrosium, Augustinum. ne post tot recentiores interpretes hunc laborem omnino vel sine causa, vel sine fructu suscepisse videamur. Atque ut intelligant calumniatores quidam, qui summam existimant religionem, nihil bonarum literarum scire, quod politioem, veterum literaturam per adolescentiam sumus amplexi, quod vtriusque linguæ Græcæ pariter ac Latine mediocrem cognitionem, non sine multis vigilijs nobis peperimus, non ad famam inanem, aut puerilem animi voluptatem spectasse nos, sed multo ante fuisse præmeditatos, ut dominicum templum, quod nonnulli inscientia barbaricæ sua nimis dehonestarunt, exoticis opibus pro viribus exornaremus quibus & generosa ingenia possent ad diuinarum scripturarum amorem inflammari. Sed hac tanta re pauculos dies intermissa, hunc laborem tua causa assumpsimus, ut tibi veluti digito viam quæ compendio ducit ad Christum, indicarem. Præcor autem Iesum istius (ut spero) propositi parentem, ut salubrius tuis coeptis benignus aspirare dignetur, immo ut suum in te mutando munus augeat perficiatque, quo cito grandescas in eo, & occurras in virum

Monachatus non est religio.

Paulus semper in manu habendus.

Literas bonas ignorare quodam latuit etiam theologo summo existimant religionem.

Eph.  
ad.

M iij



perfectum. In eodem bene vale frater & amice, semper quidem  
animo dilecte meo, at nunc multo q̄; antehac tum charior, tum  
iucundior. Apud diui Audomari, ex monasterio Bertinico an  
no a Christo nato supra millesimum quingentesimo primo.

FINIS ENCHIRIDII.

DESYDERIVS ERASMVVS ROTERDAMVVS  
IOANNI COLETO THEOLOGO DO  
CTISSIMO, FACVNDISSIMO  
QVE. S. P. D.

Lepida  
deprecatio  
laudis;

**Q**Vam prater meritum nos superioribus literis tuis  
laudaras doctissime Colete, tam his proximis  
immerentem obiurgas. Quanq̄; non paulo æ  
quiore animo fero reprehensionem tuam, quam  
non mereor, quam laudes tui tuas, quas non agnoscebam.  
Nam accusati, non solum sine vitio nosmetipsos purgare pos  
sumus, verum etiam hoc citra culpam non facere non possu  
mus. Cum interim laudes accuratius refellere, hominis esse vis  
deatur laudum ieiuni auidioꝝ, neq̄; simpliciter id agentis, ne  
laudeatur, sed vt aut sapius laudetur, ac copiosius. Tu credo  
vtroq̄; in genere periculum nostri facere voluisti, ecquid mi  
hi placerem tanti viri præconio cohonestatus, ecquid aculeoꝝ  
rum haberem, obiurgatiuncula irritatus. Constantissimus in  
amore sis oportet, qui quidem sis in recipiendis amicis tam cau  
tus, tam diligens, tam contabundus, tam explorans. Verum his  
tecum iocari libuit. Alioqui quam latebar antea vel falso laus  
daria viro omnium laudatissimo, tam nunc admoneri gaudeo,  
ab amico syncerissimo. Igitur post pro tuo arbitratu, tuum E  
rasmum vel laudato, vel obiurgato, modo quotidie literarum  
tuarū aliquid huc aduolet, qua re mihi nihil possit accidere iu  
cundius. Sed ad epistolam tuā paucis, ne puer qui literas tuas  
attulit, inanis ad te redeat, Quod neothericum hoc Theologoꝝ



rum genus, qui meris argutijs & sophisticis cauillationibus in-  
 senescit, tibi negas placere, ne tu mecum vehementer mi Co-  
 lete sentis. Non quod illorum studia damnem, qui nullum  
 omnino studium non laudo, sed cū sola sunt ista, nec vllis  
 antiquioribus, elegantioribusq; condita literis, eiusmodi mi-  
 hi videntur vt sciolum & contentiosum hominem reddere pos-  
 sint, sapientem an possint, viderint alij, Ingenium enim ieiue-  
 na & aspera quadam subtilitate exhauriunt, neq; vlllo vege-  
 tant succo, neq; animant spiritu. Et quod omnium est maxie-  
 mum, Theologiam illam omnium disciplinarum reginam, sic  
 veterum facundia locupletatam ornatamq; , sua balbutie &  
 & orationis spurcissimæ sordibus deuenustant, sic priscorum  
 ingenijs expeditam, spinis quibusdam impediunt, inuoluen-  
 tes omnia, dum omnia conantur resolvere, quemadmodum  
 ipsi loquuntur. Itaq; videas eam quæ quondam augustissi-  
 ma fuerit, maiestatisq; plena, nunc pene mutam esse, inopem,  
 pannosam. Illicimur interea dulci quodam, & illecebroso mor-  
 bo, nunquam satiata contentione, Rixa e rixa nascitur, & mi-  
 ro supercilio, de lana caprina digladiamur. Tum ne nihilo in-  
 uentis veterum Theologorum adiecisse videamur, satis auda-  
 cter & certas quasdam rationes præscripsimus, quibus deus  
 mysteria sua peregerit. Cum interdum perfectius sit credere  
 fieri, cæterum quibus modis id fiat, omnipotentia dei permit-  
 tere. Adde quod ostentandi ingenij studio, nonnuncq; , eius-  
 modi questionibus agitur, quas aures piæ vix ferant, cum  
 quærimus, num deus potuerit diabolum, aut asinum assume-  
 re fortasse tollerandum, si quis ista tanq; acuendi ingenij gra-  
 tia modice per ætatem attigerit, sed in his tanq; ad scopulos Si-  
 renæos non consensimus modo, verum etiã immorimur, præ-  
 his nullas non literas contemnimus. Accedit ad hæc, quod no-  
 stra tempestate fere ad Theologiæ studium sese applicant, lite-  
 rarum omnium principem, qui propter ingenij pingua parūq;  
 sanum, vix vllis sunt literis idonei. Hæc autem dixerim, non de  
 doctis ac probis Theologiæ professoribus, quos in primis

Quis fru-  
 ctus ex  
 Theolo-  
 gia schola-  
 stica.

Theolo-  
 giæ veter-  
 iū oblitesc-  
 rate

Rixa erit  
 a nascitur  
 Raiones  
 p̄s deus  
 mysteria  
 sua peregerit  
 præscri-  
 buit.

Pingues  
 & p̄sa  
 ni studet  
 Theolo-  
 giæ.



suspicio venerorq; verum de sordido hoc, ac supercilioso vulgo Theologorum, qui præ se omnes omnium literas pro nihilo ducunt Quo cum hominum genere inexpugnabili, cum tu Colete dimicationem susceperis, vt veterem illam ac veram Theologiam, istorum spinis obsitam implexamq; in pristinum nitorem ac dignitatē, pro tua viri restituas, puincia (ita me deus amet) sumpsisti multis modis pulcherrimā, ipsius Theologiae nomine piissimam, cū omniū studiosorū, tum huius Oxoniensis florentissimæ Accademiae causa saluberrimam, verum (ne quid mentiar) & negocij & inuidiæ plenam. Quanquam negocij quidem difficultatem, tua cum erudio, tum industria superabit inuidiam animi tui magnitudo facile negliget. Sunt & inter ipsos Theologos non pauci, qui tam honestos tuos conatus, & velint, & possint adiutare. Immo nemo non dextram iunxerit, cum nullus etiam doctorū sit in hac celeberrima schola, qui tibi paulinas epistolas publice iam triennium enarranti, non attentissimas aures præbuerit. Qua quidem in re vtrum magis laudanda modestia illorum, qua non verentur omnium διδασκαλοι hominis ætate iuuenili, nullaq; doctoratus, vt vocant, autoritate præditi ακροαται videri, an tua singularis tum erudio, tum eloquentia, tum morum integritas quam illi hoc honore dignam iudicant? Demiror autem, non quod tu tanto oneri supposueris humeros, cui par esse potes, sed quod me nihili hominem, in tam magnifici numeris societatem voces. Hortaris enim, immo pene conuitio efflagitas, vt quemadmodum tu Paulum, itidem ego vel priscum illum Mosen, vel facundum Esaiam enarrans, Hybernis hic mensibus frigentia (vti scribis) huius gymnasij studia coner accendere. Ego vero qui tecum habitare didici, nec ignoro, quam sit mihi curta supplex, neq; doctrinæ tantum arrogo, quæ tantis obeundis rebus sufficiat, neq; tantum animi robor mihi reor adesse, vt tot hominum, sua fortiter tuentium, inuidiam queam sustinere. Res ista nō tyronē, sed exercitatissimū requirit Imperatorem. Neq; vero me impudentem vocaueris, qui ista recusem, impu-

Coletum  
 laudat  
 qd' nego-  
 cium susce-  
 pit restitu-  
 endæ the-  
 ologiæ.

Coletus  
 doctores  
 habuit ad  
 tutores.

Fe-  
 a se reijcit  
 oblatā Es-  
 sae enarr-  
 rationem



dētissim<sup>o</sup> oīno futur<sup>o</sup>, nī recūsarē. Tu me mi Colete parū prudē  
 ter facis qui ( quod ait Plautus ) e Pumice postules aquā. Qua  
 tandē ego fronte docebo quod ipse non didici. Qui frigus alio  
 rū accē idā, ipse totus tremens horrensq;? Ipsa temeritate mihi  
 magis temerarius videar, si statim tanta in re vires meas pericli  
 ter, & iuxta Græcam *παροιμιαν εν τω πιθω την κεραμειαν*  
 experiar. At expectarā, inquis, & opinione te falsum quereris.  
 Tecū igit̄ ipse expostules oportet, haud mecū, Neq; em̄ nos te  
 fefellimus, quippe qui nihil istiusmodi, vel promiserimus, vel  
 etiam ostenderimus. Sed tu teipsum fefellisti, qui me vera præ  
 dicanti, credere nolueris. Neq; vero huc appuli, vt poeticas <sup>Necq;</sup>  
 aut Rhetoricās literas docerem, quæ mihi dulces esse desierunt. <sup>vult Rhe</sup>  
 posteaq; desierunt esse necessariae. Hoc recuso, quia minus est <sup>toricas lis</sup>  
 instituto meo, illud quia maius viribus In altero obiurgas im, <sup>teras p̄tis</sup>  
 merentem mi Colete, quippe qui secularium ( vt vocant ) litera  
 rum professionē nunq̄ pre me tulerim, ad alterum frustra horta  
 ris, vt cui me nimis imparem esse cognoscā. Quod si maxime  
 par sim, ne liceat quidem. Nā mox Luteciā relictā repeto. In  
 terim dum me partim hyems hic alligat, partim recens ducis cu  
 iusdam fuga non sinit exire tuto, in hanc laudatissimam Aca  
 demiā, me contuli, vt vnum aut alterū mensem cū tui similibus po  
 tius, quam cū Torquatis istis aulicis agerē. Tuis vero pulcher  
 rimus ac diuinis conatibus, tantum abest vt velim aduersari, vt  
 me quoniā nondum adiutor sum idoneus, sedulum & hortato <sup>Robur su</sup>  
 rem & fautorem fore pollicear. Caterū vbi mihi conscius ero, <sup>stū na. c̄p̄</sup>  
 adesse robor & vires iustas, accedam & ipse tuis partibus. & in <sup>adibile p̄</sup>  
 asserenda Theologia, si non egregiam, certe sedulam operam <sup>ulaci res</sup>  
 nauabo, Interim nihil mihi possit esse dulcius, quam ( ita vt <sup>situēdæ.</sup>  
 coepimus ) quotidie vel coram, vel per epistolas de sacris literis <sup>Theolo</sup>  
 ris inter nos conflictari. Vale mi Colete. Humanissimus præ  
 sul Richardus Charnocus hospes meus, communis mihi tes  
 cum amicus, iussit tibi suis verbis multam salutem ascribi. Os  
 xoniæ e collegio canonicorum ordinis diui Augustini, quod  
 vulgo dicitur sanctæ Mariæ,



## ERASMI ROTERODAMI ODE DICOLOS

Distrophos altero versu Heroico Hexametro al-  
tero iambico Dimetro de casa natali  
cia pueri Iesu deq; paupere  
puerperio virgi  
nis deipa

re


Marie.

Ecquid adhuc sequimur veterum spectacula rerum?  
Huc huc frequentes currite.  
Hec casa, q̄ lacera, & stat agrestibus horrida culmis  
Nouum dabit spectaculum.  
Quale nihil seclis proavi videre vetustis,  
Nihil videbunt posteri.  
Hic cuius tonitru tellusq; tremiscit & æther,  
Teneris crepat vagitibus.  
Hic orbis magni moderator maximus, infans  
Virginea mulget vbera.  
His ego non stabilis augusta palatia Rhomæ  
Fœliciora iudicem.  
Non ( operosa licet ) Solomonia templa, nec auream  
Lydi tyranni regiam.  
Salue clara domus cœloq; beatior ipso.  
Partus sacrati conscia,  
Iure tibi Iouis inuidiant capitolia falsi,  
Diuis superba saxeis.  
Aegyptus sancta inuideat cunabula, monstris  
Finem datura turpibus,  
Nec minus apta deo es, q̄ hiantibus vndiq; rimis  
Hymbres & Euros accipis  
Q̄ lodicis egens, rigidoq; incommoda fœno,  
Fœtus rubentes excipis.  
Talia nascentem decuere cubilia Christum, vt



ex necessitate ad utrumlibet. neq. ut in pluri continetur an et sit modus unicus.









B.I.G.

Farbkarte #13



# Enchiridi

ON ERASMI ROTE  
RODAMI GERMANI DE  
Milite Christiano, in q̄ tax  
atis vulgi superstitiōibus,  
ad prisce religiōis puritatem,  
veteris eloquentiæ lituo nos  
prouocat.

¶ Epistola eiusdem ad Ioans  
nem Coletū Theologū.

M. D. XXI.

Lipsiæ, ex ædibus Valentini Schumanni.

3  
Handwritten notes and scribbles in the right margin, including a large 'X' and some illegible text.

